TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_1370

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cividale

Processi

1370

1370/1

Donazione del Patriarca Giovanni al Capitolo nostro.

1015.

Joannes licet indignus Patriarcha.

In primis igitur dono tibi Moronto Preposito, tuisque Successoribus, nec non omnibus S. Stephani Canonicis habitantibus in Civitate Fori Iulii Decaniam in loco, qui dicitur Lauch, et alteram in loco, qui dicitur Fuzeja, et Montem, qui vocatur Onus, et Decimam de Villa, quę vocatur Peregula, et unam Massaritiam in Osopo, et aliam in Glemona, et unam in Retenzia, et quatuor Campos in S. Daniele, et Decimam, quę debet exire de Plebe, quę vocatur Wolzana, et Decimam de Posta Pontis, et Decimam de Posta S. Petri, nec non et Decimam de omnibus rebus, quę pertinent ad meam Curtem sitam in Civitate Fori Iulii; insuper Villam, quę vocatur Premariacus cum Terris, cum Vineis, et Decimis, nec non Pensionibus, et omnes illas Terras, quas nostri Antecessores, sive boni Comites, nec non alii Homines, atque Clerici in ipsam Canonicam miserunt. Hęc autem supradicta loca concedimus, largimur, donamus, et à nostra Potestate, et Dominio, et parte transfundimus, et delegamus in jus, et proprietatem Canonicę S. Stephani, et omnibus futuris Prępositis, atque ipsius Ecclesię Canonicis &c.

10 9bre 1799

Per una sicura norma di tutti li Giudici, e Tribunali di Giustizia si dichiara per ordine di S. M. l'Aug.o N. S. ... che in qualunque circostanza ... in ogni giudice, e Tribunale giudicare sempre secondo le Leggi che erano vegliandi p.o Gen.o 1798, e considerare, come non mai promulgata qualunque Legge e disposizione, comunque essa sia denominata, fatta nei Tempi del Governo democratico, ritenendo come illegittimi, ed insussistenti tutti quegli effetti della disposizione in detta Epoca emanata; si dichiara in conseguenza nullo, ed insussistibile qualunque decreto anco di Governo, e così pure qualunque sentenza, che dopo la detta epoca fosse emanata dai Tribunali e giudici, che non fosse conforme a questa massima da S. Maestà prescritta, la quale dovrà essere esattamente eseguita in modo, che chiunque sia stato spogliato per la violenza del Governo Democratico, debba essere repristinato nei proprj originarj diritti. Si commette per tanto al Tribunal Censorio di communicare l'antedette communicazioni a ciascun Tribunale d'Appello, ingiungendo di rimetter copia a tutti li Giudici compresi nel distretto della rispettiva Giurisdizione, affinche ciascuno attesi li sovrani comandi debba prestarsi all'esatto adempimento.

Donazione del Patriarca Bertoldo al nostro Capitolo della Pieve di Fagagna

1250.

Dominus Bertoldus Dei Gratia Sanctę Aquilejensis Sedis Patriarcha, proponens relevare defectum Prębendarum Civitatensis Ecclesię, quę adeo sunt tenues, et exiles, quod de ipsis non possunt ejusdem Ecclesię Canonici comode sustentari, de gratia speciali Capitulo memorato contulit Plebem de Faganea, tunc vacantem, secundum quod Rizzardus eamdem hactenus habuit, et possedit, et Dom. Wolricum Vicedecanum Ecclesię Civitatensis recipientem vice, et nomine ipsius Capituli de dicta Plebe, cum Libro uno liberaliter investivit; Ita tamen quod in Festo B. Hermagorę de proventibus ipsius Plebis servitium in refectorio his, qui interfuerunt Offitio tam Canonicis, quam aliis Clericis prębeatur. Residuum vero proventuum prędictorum residentibus in Civitate, et Chorum frequentantibus solumodo ministretur:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Bolla del Papa Celestino III.

di conferma delle unioni al Capitolo nostro delle Chiese di S. Vito, di S. Pietro di Algida, d'Iplis, di Gagliano, di Orseria, di Prentariaco, di Ziracco, di Faedis, di Rematdacco, di Moimacco, di Togliano, di Premariacco, di Ipplis, ed altre.

1192.

Celestinus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis B. Preposito Decano, et Capitulo Civitatensi Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Ad hoc sumus in Apostolice Sedis Specula permittente Domino constituti, ut Ecclesiarum quieti prospicere debeamus, et ne persone in eis Domino famulantes à pravorum incursibus agitentur, Apostolicum ipsis convenit presidium impartiri, ea propter dilectis in Domino Filiis tranquillitati vestre providere volentes, Ecclesiam vestram, Personas, et Bona, que in presentia rationabiliter possidetis, et alias Possessiones, quas à quadraginta retro annis inconcusse hactenus tenuistis, sub B. Petri, et nostra protectione suscipimus, specialiter autem Eccle

siam S. Viti cum Capellis suis, Ecclesiam S. Petri de Algida cum Capellis suis, Ecclesiam de Ipplis, Ecclesiam de Gallano, Ecclesiam de Ursaria, Ecclesiam de Premariaco, Ecclesiam de Ziracco, Ecclesiam de Fredis, Ecclesiam de Ramanzaco, Ecclesiam de Moimaco, Ecclesiam de Tollano, Ecclesiam de Presento, Ecclesiam de Tauriano, Ecclesiam de Rubignacco, et alias sue Dignitatis, in Civitate, vel extra, vel libertates Ecclesię vestrę hactenus observatas, sicut eas canonice, et sine controversia possidetis, Auctoritate vobis Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus.

Bonifacius Episcopus Servus servorum Dei
Ad futuram rei memoriam.

Imminente Nobis Cura Gregis Dominici ex Officio Pastorali solerter Nos vigilare convenit, ut Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, presertim quoad Divini Cultus augmentum, et ut votiva semper suscipiant incrementa, tanto ferventius foveamus, quanta Nobis Potestas super hoc extitit prestantior attributa, ac Ecclesiis et Personis ipsis conspicimus expedire.

Omissis

Quapropter volumus etiam, quod dicti Decanus, et Capitulum Episcopalia Jura ratione hujusmodi fructuū et proventuum, quos eidem Magistro, & Doctori pro tempore duximus reservandos, supportare integre sint adstricti.

Dat. Rome apud S. Petrum Kalend. Febr.
Pontific.^us Nri Anno X.

A. de Portugruario.

l
:.
ssi.
o

o
im
ri:

ad.
non
in
[illegible]
if
to
-
ed
ne-
sto
es.
one
[illegible]
[illegible]

pi:
[illegible]

Copia

All' Aulico Provvisorio Centrale
Governo del Friuli

La Deputazione ai Quartesi

Rimesso alla n.ra Deputazione il Memoriale del
Rev.mo Cap.to di Cividal del Friuli reclamante
l'arbitrio del Vic.o Curato di S.n Giacomo di
Ragogna D.n Marco Comoretti per li Quartesi
che esso aveva esatti in quel Distretto dietro
il Decreto 15 7bre decorso, e fino al posterior
Sospensivo e g.e susseguente furono rilasciate
lettere 19 8bre, con le quali restava eccitato
alla restituzione delli Quartesi stessi. Sopra
tali lettere con suo Costituto ricercò il Cu-
rato sud.o di poter dire delle sue ragioni
per impedirne la reclamazione delle Cap.le med.e
Coerente la Deputaz.ne nelli metodi tenuti finora
accordando l'ascolto, venne eseguito questo in
confronto delle parti col mezzo di rispetti-
tori Avvocati, dal quale risultando essere il
Vic.o Curato di Ragogna pred.o installato
nell'esercizio della cura delle anime, e
nella amministrazione dei Sacramenti in quel
Distretto senza alcuna canonica collaz.ne di Bene-
fizio, ed amovibile a piacimento del Cap.to
per patto espresso, e quindi fuori del prescr.
mito del Decr.o 15 7bre pred.o, il quale rende
e rispettivamente ripristina nel Diritto di
esigere li Quartesi li Parrochi, o Curati aventi
la piena cura delle anime; così venne in opi-
nione la Deputaz.ne n.ra di confermar le Lett.e

pred.te considerati non potendosi il Vic.o Curato sud.o della Classe di quei Parrochi, o Curati posto, e ripristinato nella esigenza dei Quaresi.

Giunti nel risultato delle fatte considerazioni sopra gli esibiti Documenti, e cose esposte, vi oggetta il proprio parere, e se vi piace, la seguente formula di Decreto.

Udine dalla Deputazione 5 Lug.o 1798

Pietro Deputato

Carlo de Rubeis Deputato

Gio. Batta Vestor Orgnani Dep.o

Giacomo Cornera Seg.rio

Segue la formula del Decreto.

Il Medico Governo Centrale del Friuli veduto il Rapporto della Deputazione ai Quaresi decreta che confermata la lettera 19 Xbre p.p. della Deputazione stessa, sia tenuto il Vic.o Curato di [illegible] D.r Marco Comoretti di restituire di Quartesi esatti in questi Dicembre [illegible] il Dec.o 15 xbre [illegible] al Rev.mo Capitolo di Cividale del Friuli, non potendosi esso Vic.o Curato considerare della Classe delli Parrochi, o Curati contemplati dal Dec.o medesimo [illegible]

6 Lug.o 1798

Approvato
Manenti [illegible]

Udine 27 Giugno 1791 - La presente

copia fu tratta da me
sottoscritto dall' Originale
esistente in una delle Filze
dell' ex Governo iscritta
al di fuori Deputazione ai
Guarnesi a carte n.° 7, in fog.°

Giovanni [illegible] Commissario

Dissertatio Canonica

pro

Justitia, et veritate

super

Ordinaria, et quasi Episcopali Jurisdictione

Reverendissimi Capituli

Insignis Collegiatae Civitatis Fori-Julij

qua

ostenditur illius jus concedendi licentias

de

aedificandis Ecclesijs

designandi locum, ponendi primum lapidem,

et

benedicendi easdem Ecclesias.

I. Expositum fuit, homines Communitatis de Pago nuncupato Vallis Soffumbergi, subjecto Ecclesiae Parochiali de Campileo, districtus Ecclesiasticae Jurisdictionis, Insignis Collegiatae Civitatis Fori-Julij Dioecesis Aquilejensis sub die 28. Mensis Septembris anni proxime praeteriti 1749. supplices preces ipsius Communitatis nomine praesentasse, Rmo Capitu-

lo

=lo dictæ Collegiatæ, pro obtinendo ab eo licentia ædifi-
candi proprijs expensis in præfato loco Ecclesiam, ad quam
competenter dotandam se se exhibuerunt.

2. Hujusmodi precibus annuit Emum Capitulum, et dein Dnus
Canonicus ejus p. t. Archidiaconus in Italiâ accessit Emi-
nentissimum, et Reverendissimum Dnum Patriarcham
Cardinalem ad effectum impetrandi ab ipso facultatem po-
nendi ædificandæ Ecclesiæ lapidem benedicendi, ac po-
nendi: ipse tamen Emus Patriarcha respondit, quod quan-
do Communitas ei supplicaverit, et Vicarius Curatus Cam-
pitelli suas dederit favorabiles informationes, tunc de-
venerit de concedenda licentia ædificandi novam
Ecclesiam ac dein non habebit difficultatem eidem Dno
Archidiacono impertiendi facultatem benedicendi, et po-
nendi primum lapidem.

3. Hac responsione per ipsum Dnum Archidiaconum dedu-
ta ad notitiam Emi Capituli, illico fuit ab ipso conside-
ratum, num præjuditium aliquod ejus juribus crearetur
si taliter per Emum Patriarcham expressa intentio exe-
cutioni demandaretur: ideoque idem Emum Capitulum
animum sedulo applicuit ad capiendum consilium pro
suis juribus sartis tectis conservandis quin quicquam
pro sua parte committeretur quod vel in minimo possit
adversari summe venerationi ac obsequio suæ Eminen-
tiæ debito.

4. Ut igitur non minus æquo, ac rationabili quam honesto, et pru-
denti desiderio Emi Capituli fiat satis, visis, et consideratis, ac
debita maturitate, ad juris lancem appensis compluribus
juribus, Privilegijs Bullis Pontificijs, Instrumentis Posses-
sibus, aliisque ferme innumeris Scripturis, pro parte ipsi-
us Emi Capituli exhibitis, de quibus infra videtur ipse omni-
no

no respondendum, ad idem capitulum pertinere jus privativum concedendi licentias de ædificandis novis Ecclesijs in districtu suæ Ecclesiasticæ jurisdictionis, quin Patriarcha Aquilejensi ullo modo liceat se opponere hujus capitularis juris exercitio, aut se ullatenus ingerere quoad concessionem hujusmodi licentiarum, nisi, servatis de jure servandis, id fiat in ejus visitatione.

5\. Quamobrem ipsum Emum Capitulum pro certo debet confidere, quod Emus, Rmus Cardinalis Patriarcha, si de juribus capitularibus rite ac recte fuerit informatus pro summo sua justitia, et æquitate omnino recedet ab intentione, ut Communitas de Valle Soffumbergi ei supplicet pro licentia ædificandi novam Ecclesiam et Vicarius Curatus Campilei suas det informationes, recognoscendo licentiam a Emo Capitulo concessam velut canonicam, validam, ac sufficientem.

6\. Priusquam in medium proferantur ea jurium rationumque fundamenta validissima, quibus principaliter innititur præfata responsio in forma consilij, non erit absonum, sed congruum, ac expediens, disquirere circa ecclesiasticam jurisdictionem, qua pollent varij Prælati Episcopo inferiores, nam, præcognita eorum respectiva conditione, officio, gradu, dignitate, ac potestate sine periculo æquivocationis, quæ in hac gravissima materia solet esse valde frequens, causatque controversias, lites, et scandala, poterit legitime inferri, quod juris sit respectu dicti Emi Capituli, ubi fateri oportebit ipsum debere accenseri alicui ex speciebus Prælatorum Episcopo inferiorum.

7\. Certum imprimis est, appellari solere, ac esse Ordinarium quemlibet habentem in loco ordinariam jurisdictionem, idest, habentem jurisdictionem suo jure, non alieno beneficio, non precario, non ex delegatione, ut desumitur ex

l. more majorum ff. de jurisdict. omn. judic. Gloss. in cap. Ordinarij, v. locorum de Offic. Iudic. Ordinar. in 6.; atque ita sentiunt, et tradunt tam Legistae quam Canonistae inter quos Abbas in cap. cum olim num. 2. Fagnanus ibidem num. 8. de praescriptionibus.

8. Itque desumitur vel ex ipsa nominis etymologia; Ordinarius enim dicitur ab Ordine: ideoque agendo impraesentiarum de Ordinarijs Ecclesiasticis duntaxat, illum importat esse Ordinarium, ac habere ecclesiasticam illam authoritatem, et jurisdictionem, quam summus Pontifex verus ac unicus totius Ecclesiae Catholicae supremus Princeps, omniumque Ordinariorum Ordinarius, inferioribus Praelatis impertitur, servato Ecclesiastica Hierarchiae Ordine, idest, habito respectu ad eorum statum, officium, gradum, et dignitatem.

9. Veniunt itaque Ordinariorum appellatione non solum Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, et Episcopi respectu eorum Provinciarum, et Dioecesium, sed etiam quicumque alij Praelati Episcopis inferiores, qui habent jurisdictionem ordinariam, quando materia super qua cadit denominatio Ordinarij est ipsis adaptabilis, ac competens, ut colligitur ex cap. cum ab Ecclesiarum, juncta Gloss. ibidem v. Ecclesiastica, de Offic. Ordinar. ac tradit Rota Decis. 798. num. 13. part. 1. recent. et Decis. 54. num. 15. part. 10. pariter recent. ubi leguntur formalia = De jure appellatione Ordinarij veniunt omnes qui jurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem exercent, licet sint inferiores collatores, ut notat Gloss. in cap. Ordinarij v. locorum, ubi Franc. num. 13. et Dominic. num. 5. de Offic. Ordinar. in 6. Abbas in cap. post cessionem num. 1. de probationibus, Cardinal. in Clement. Quia regulares num. 11. vers. quae vos dei servitium negant, Seraph. decis. prim. Decis. 1402. num. 5. Coccin. decis. 1346. num. 1.

Rota

" Rota parte 4. divers. Decis. 798. num. 3. et 4.

10. Est autem triplex Prælatorum Episcopo inferiorum species. Alij namque sunt Prælati Episcopo inferiores qui solent nuncupari qualitatis infimæ, quales sunt, qui præsunt certo generi personarum cujusdam ambitus Ecclesiæ, seu Monasterij, ut sunt superiores Regulares, vel certæ Ecclesiæ Prælati Seculares: hæcque Prælatorum inferiorum qualitatis infimæ solet appellari exemptio passiva, ut distinguatur ab ea Prælatorum inferiorum specie quæ vocatur exemptio activa, et ab illa quæ dicitur ac est exemptio activa plenaria.

11. Ceterum etiam in Prælatis exemptionis passivæ consideravi potest ac debet quædam jurisdictio activa, non quidem in Clerum, et populum, sed ut dictum est, in certas personas cujusdam ambitus Ecclesiæ seu Monasterii, quæ ipsis Prælatis sunt subiectæ ac una cum eisdem Prælatis eorum immediatis superioribus sunt exemptæ a jurisdictione Episcopi: itaque Monasteriorum seu Ecclesiarum certarum ambitus, cum eorum personis dicuntur esse in Diœcesi sed non de Diœcesi Episcopi, in qua reperiuntur habetque Episcopus in illis jus territoriale, ac diœcesanum, ob quod plures actus dignitatis et reverentiæ exigendæ potest exercere, imo ex sacro Concilio Tridentino, ac nonnullis recentioribus Constitutionibus Apostolicis potest etiam in quibusdam casibus exercere jurisdictionem.

12. Alij Prælati inferiores nobilioris conditionis quæ vocatur exemptio activa, sunt illi qui habent jurisdictionem ordinariam in Clerum et populum certi alicujus loci, seu districtus, sed sub Episcopo etsi sine ipsius beneficio,

aut

aut delegatione seu commissione, dicuntur autem eam jurisdictionem habere sub Episcopo, quamvis ipsam habeant et exerceant proprio suo jure; quia locus in quo actus jurisdictionales exercent reperitur in Diocesi Episcopi; non enim ab ea abstrahitur aut dismembratur illa pars, seu districtus in quo dicti Prelati inferiores jurisdictionem suam Ordinariam exercent.

13. Imo etiamsi isti Prelati in eorum districtu exercerent omnes actus jurisdictionales privative ad Episcopum, nihilominus talis districtus reperiretur, et remaneret in Diocesi Episcopi, quia adhuc resideret apud Episcopum habitualis jurisdictio Episcopalis ratione Territorij, ac Diocesis; usu tamen, et actualitate, ac exercitio jurisdictionis Episcopalis competente, ac pertinente dictis Prelatis inferioribus ex summi Pontificis dispositione, qui potest facere, fecit, ac facit, ut jurisdictionis Episcopalis habitualitas pura, et simplex remaneat ad Episcopum; exercitium vero, ac usus illius pertineat Prelatis inferioribus privative ad Episcopum, cui interdicitur, ne utatur jurisdictione habituali in prejuditium actualis eisdem Prelatis attributae ex causis justis ac rationabilibus.

14. Quamvis vero id absolute videatur procedere, spectato jure communi; hisce tamen temporibus plures sunt casus quibus Episcopi vigore sacri Concilij Tridentini et nonnullarum Constitutionum Apostolicarum possunt exercere actus jurisdictionales in districtibus istorum Prelatorum inferiorum vel tanquam Diocesani, aut tanquam Delegati Apostolici.

15. Demum alij Prelati inferiores omnium praestantiori conditionis, quae vocatur exemptio activa plenaria sunt illi qui non solum habent jurisdictionem Ordinariam

in

in Clerum, et Populum alicujus loci, seu districtus; sed jurisdictio quam habent est plenaria et locus, seu districtus, in quo eam exercent fuit per Papam a Diæcesi in qua erat avulsus, sejunctus, ac separatus, constituto namque Territorio separato ab eadem Diæcesi. Et hujusmodi Prælati dicuntur Semi-Episcopi: quia etsi careant potestate Ordinis Episcopalis; tamen quo ad jurisdictionem Episcopalem in omnibus æquiparantur Episcopis; ita ut, præter actus dependentes a potestate Ordinis reliqua omnia quæ Episcopi facere possunt in eorum Diæcesibus, exerceant in suis Territorijs separatis. Ideoque isti Prælati proprie dici debent, ac sunt Nullius Diæcesis, quamvis etiam respectu eorundem aliqua per Episcopos viciniores fieri demandaverint Concilium Tridentinum, et nonnullæ Pontificiæ Constitutiones; atque ita, distinguendo in tres species ejusmodi Prælatos Episcopis inferiores docent Canonistæ, inter quos magna claritate triplicem eam speciem explicat Cardinalis de Luca tom. 2. ad Constitut. 6. Alexandri III. num. 1. et sequ. et adhuc majori perspicuitate tom. 5. ad Constitut. 4. Callisti III. num. 6. et sequ.

16. Sicut igitur minor, major et maxima est respectiva Prælatorum inferiorum nobilitas, juxta relatam, nempe, triplicem illorum differentiam; ita per consequens minus, magis, et maxime ampla est eorundem respectiva potestas jurisdictionalis, ut jam innuimus.

17. Si sermo est de Prælatis Nullius Diæcesis qui non solum in omni magis vero, ac perfecto sensu sunt Ordinarij, sed etiam appellari possunt ac vere sunt veluti Diæcesani; stat uno regula generali quod quæcumque possunt Episcopi facere in suis Diæcesibus vigore potestatis jurisdictionalis, ea omnia possint facere etiam Prælati Nullius Diæcesis in suis Territorijs separatis, quæ sunt veluti Diæceses proprie tales.

Nec

18. Per alias hac regula patitur exceptiones, quantum sciri potest, nisi in sequentib casibus; videlicet, monitoriales, quas sub pœna excomunicationis possunt Episcopi facere in suis Diœcesibus pro revelandis rebus deperditis, eas in suis Territorijs facere non possunt Prælati Nullius Diœcesis sic disponente Concil. Trid. ses. 25. de refor. cap. 13.
Nequeunt concedere Indulgentias etsi tadis concessio sit actus jurisdictionalis; id enim prohibitum fuit decreto generali Sacr. Congreg. Rituum quod emanavit die 27. septembris 1659.: nec etiam possunt dare litteras dimissoriales subditis secularibus pro suscipiendis Ordinibus; sed hæc potestas competit Episcopo viciniori ex dispositione citati Concil. Trid. sess. 23 de refor. cap. 10.
19. Item nequeunt convocare Synodum nisi una cum Territorio separato, et jurisdictione Episcopali, vel quasi, concurrat etiam speciale Indultum Apostolicum, et subsecuta consuetudo ut demonstrat Card. de Luca ad Concil. Trid. discurs. 12. num. 12. et Barbos. ad idem Concil. sess. 24. de reform. cap. 18. num. 45
20. Pariter nequeunt concedere institutionem auctorizabilem qua importat collationem Curæ animarum in Parrochum, nisi habeant jus convocandi Synodum, illudque convocaverint, et in eo deputaverint Examinatores qui Synodales ideo nuncupantur; sed hujusmodi potestas spectat ad Episcopum viciniorem, vicinitate considerata respectu Ecclesia Cathedralis, et non Territorij, ut desumitur ex Concil. Trid. sess. 24 de refor. cap 18. et ostendit cit. Card. de Luca ad idem Concil. discurs. 12
21. Et quidem alia tria in tali casu habet jura Episcopus vicinior in Territorijs separatis seu in locis Nullius Diœcesis; videlicet, in concursibus, Edictis œconomisque depu-
tan

tandis. Habet quoque Episcopus vicinior, tanquam Delegatus Apostolicus, jus visitandi Ecclesias seculares dictorum Territoriorum, ut ipsi patet ex eodem Concil. Trid. sess. 24 de refor. cap. 9. Denique ipse Episcopus vicinior habet facultatem in eisdem Territorijs separatis extrahendi reos ab Ecclesijs ob delicta excepta in Bulla Gregorij XIII. quae incipit = Cum alias =

22. Circa praemissa quae a Concil. Trid. vel a Constitutionibus Apostolicis, Episcopis vicinioribus fuerunt reservata in locis Nullius Dioecesis, in memoriam primaevae subiectionis respectu Dioecesium a quibus fuerunt avulsa, et separata, ut colligitur ex ijs quae sacra Congreg. Concil. scripsit ad Archiepiscopum Hispalen. sub die 12 Maij 1593 nulla potest induci praescriptio, quia obstat Decretum irritans quod continetur in omnibus dispositis ab eodem Concilio, iuxta Bullam ejus confirmationis Pij IV. et ideo post Concil. debet obtineri Privilegium Apostolicum, quemadmodum illud obtinuerunt complures ex dictis Praelatis Nullius Dioecesis respectu quorundam actuum Episcopis vicinioribus a Concil. reservatorum et praesertim respectu visitationis.

23. Nunc transeundo ad Praelatos inferiores secundae speciei certum est quod eorum Ordinaria, et quasi Episcopalis Iurisdictio ab eodem Concil. Trid. seu a recentioribus Constitut. Apostolicis fuit non solum limitata in omnibus, aut fere omnibus praefatis casibus, Praelatos Nullius Dioecesis respicientibus, sed etiam in alijs, et quidem pluribus, ut ostendunt dive. sis dicti Concil. Trid. decreta, et quamplures Constitutionibus Pontificijs, quarum dispositionum ea fuit ratio, ut Episcopalis

Digni

dignitas in pristinum splendorem, et auctoritatem quan-
tum fieri potuit restitueretur, etiam coarctando;
aut reformando jura Prælatorum inferiorum . . .

24. Propterea igitur etsi quoque respectu Prælatorum in-
feriorum secundæ speciei, quorum jurisdictio non
sit coarctata ad aliquos tantum peculiares actus,
sed de jure communi procedat indefinite seu pro re-
gula, quod ipsi ea omnia dependentia a potestate jurisdic-
tionis Episcopalis possint exercere in Clerum et Populum
suorum districtuum, quæ Episcopi vigore hujusmodi po-
testatis jurisdictionalis possunt exercere in omnibus illis
eorum Diœcesum locis, quæ non sunt immediate subdi-
ta quasi Episcopali jurisdictioni Prælatorum inferiorum
licet secundæ speciei, vel aliter non sunt exempta;
ipsa tamen regula, quæ olim spectato pro jure commu-
ni, procedebat absolute, ac universaliter, seu in om-
nibus, aut fere omnibus materijs jurisdictionalibus
post Concil. Trid. hodie nostris temporibus est ob-
noxia multis fallentijs, seu exceptionibus.

25. Equidem cumprimis certum est, quod idem Concil. sess.
24. de reform. cap. 20. causas matrimoniales, et
criminales Episcopi tantum examini, ac jurisdictio-
ni reliquerit, cum derogatione cujuscumque Privile-
gij, Indulti, et consuetudinis allegabilis a Prælatis in-
ferioribus secundæ speciei, nisi tamen pro ipsis fo-
ret consuetudo immemorabilis, supponentis me-
liorem titulum de mundo, ac facientis etiam
præsumi quodlibet magis amplum Privilegium
Apostolicum.

Ex

26\. Ex pluribus declarationibus Sac. Congreg. ejusdem Concil. constat dispensationes matrimoniales non posse a Praedictis Praelatis, secundum rescriptum pro illarum executione providere, ut apud Corradum in praxi dispensat. lib. 7. cap. 4. num. 59. et sequentibus; idque procedit etiamsi ejusmodi Praelati ex consuetudine immemorabili haberent jus cognoscendi, et decidendi causas Matrimoniales, ut dicta Sacra Congregatio resolvit apud cit. Corradum et in Zamoren. jurisdictionis 7. Augusti 1649. et die 11. Augusti 1707. cum in eadem causa responderit = Dilata = die 26 Januarij 1709. declaravit ut supra.

27\. Nec etiam possunt in totum, aut in parte dispensare super omissione Denuntiationum Matrimonialium etsi pariter haberent jus decidendi causas Matrimoniales, ut docent Franciscus Lea in Thesaur. For. Eccle. siast. part. 2. cap. 24. num. 55. et Garzias de Benefic. part. 5. cap. 8. num. 56. ac teste Card. Seria [illegible] fuit declaratum oraculo Papae relato in Tom. 13. Decret. Congreg. Concilij fol. 112. itaque Sac. Congreg. in Sala. mantina tom. 6. Decret. fol. 15. declaravit his verbis = Remissionem Denuntiationum, quae Ordinarijs per Concilium committitur, ad Episcopum tantum spectare.

28\. Idemque Concilium Sess. 23 de Refor. cap. 15. Episcopo tantum, idest exclusive ad Praelatos de quibus est sermo reservavit, posse approbare, ac concedere licentiam administrandi Sacramentum Poenitentiae, quod etiam procedit respectu reservationis casuum pro eodem Sacramento poenitentiae, ut saepe decla

claravit Sacra Congregatio ipsius Concilij interpres.
29 Praeterea sess. 24 de refor. cap. 4. praeter eos exclusio-
ne dictorum Praelatorum attribuit Episcopo faculta-
tem concedendi licentias concionandi. Decrevit eti-
am sess. 6. de refor. cap. ult. quod ijdem Praelati nequé-
ant sine licentia Episcopi, in cuius Dioecesi existunt
concedere alicui Antistiti facultatem administran-
di in ipsorum Praelatorum Districtibus Sacramenta
Confirmationis, et Ordinis, seu alia exercendi Pon-
tificalia. Statutum etiam reperitur in Caeremo-
niali lib. 2. cap. 22. quod dicti Praelati nequeant pe-
tere Oleum sanctum pro eorum Ecclesijs ab alijs Epi-
scopis, sed illud recipere debeant a Cathedrali Epi-
scopi Dioecesani.
30 Insuper constat ex iteratis dictae sacrae Congreg. Concil.
declarationibus, quod Praelati de quibus hic agitur ab-
sque licentia Episcopi Dioecesani nequeant publi-
care aut publicare facere Indulgentias, et Jubilaeum
Demum etiam constat ex eodem Concil. Trid. sess.
24. cap. 3. qualiter disposuerit, quod nonobstante
quacumque consuetudine etiam immemorabili, non
aliter dicti Praelati inferiores visitationes Eccle-
siarum suorum districtuum peragant, quam pra-
via approbatione obtinenda ab Episcopo Dioecesa-
no, qui nihilominus easdem Ecclesias potest seor-
sim visitare, adiectis etiam ibi quibusdam
alijs oneribus eosdem visitatores inferiores id-
circo respicientibus.
31 Quod tandem attinet Praelatos inferiores qualitatis
seu conditionis infimae, idest nimae, veniei quales

sunt

sunt, ut dictum est Superiores Regulares, et etiam aliqui Prælati Sæculares, cum respectu causæ, de qua impræsentiarum agitur, parum, aut fere nihil interrit scire, ad quos limites protendatur eorum potestas jurisdictionalis, ideo de ea non est opus multum disquirere.

3.2. Etenim satis pro nunc est novisse, hujusmodi Prælatorum præcipuam prærogativam, qua contradistinguuntur, et secernuntur à Prælatis secundæ, ac tertiæ speciei, consistere in exemptione passiva, qua videlicet exempti sunt a jurisdictione Episcopi in cujus Diœcesi existunt, ac etiam novisse, quod eisdem Prælatis primæ speciei nulla competat jurisdictio activa in Clerum, et Populum, sed duntaxat in certas personas alicujus Ecclesiæ, seu Monasterij, aut Monasteriorum ambitus.

33. Inde facile potest, ac debet concludi, quod dictis Prælatis primæ speciei respectu Cleri, ac Populi nulla competat ex illis facultatibus jurisdictionalibus, quas in Clerum, et Populum exercent Prælati secundæ, ac tertiæ speciei, cum hi, et non illi Clerum, et Populum sibi habeant subiectum. Quamvis vero satis ampla sit in suo esse jurisdictio activa, quam Prælati regulares exercent in religiosos sibi subjectos, et Prælati sæculares alicujus certæ Ecclesiæ; quia tamen nimis longum, quamdifficile foret hujusmodi jurisdictionis activitatem exponere, ob ferme innumeras qualitates particulares desumendas a concessionibus, quas Summi Pontifices fecerunt tot Religiosorum Prælatis, ac Superioribus, et indicatis Prælatis sæcularibus ejusdem primæ speciei; nec non etiam quia talis cognitio ut jam innuimus, ferme nihil confert ad disquisitionem præsentis causæ ut infra patebit; ideo satis idcirco sit dictum.

4. Exposita itaque triplici Prælatorum inferiorum specie, videtur nunc statuendum, an Capitulum Civitatense accenseri possit

ac

ac debeat alicui, et cui ex dictis tribus speciebus, vel uno
ex qualibet earum intelligatur exclusum. At priusquam Sa-
de re positivum ac praecisum proferatur judicium, ad juris
trutinam revocanda sunt saltem praecipue illae praerogativae, 37.
dignitates, auctoritates, et jura, quorum rigore idem Capi-
tulum merito possit praetendere, ordinariam aliquam pote-
statem jurisdictionalem sibi competere, ne periculum incur-
ratur, ut vel ei tribuatur, quod non spectaret, vel ipsi nege-
tur quod pertinet.

35. Quamvis ob tria gravissima incendia, quibus Archivium
Capitulare fere penitus conflagravit, non extent documen-
ta, quibus valeant comprobari primaevi tituli praero-
gativarum dignitatis, et auctoritatis tam celebris Capi-
tuli, quod non semel in Pontificiis Diplomatibus meruit
condecorari appellatione Insignis, Antiqui, et Famosi, ni-
hilominus supersunt adhuc praeclara quaedam monu- 38.
menta, ex quibus clare constat Capituli Praepositum,
ac se in ipsum Capitulum magnam semper habuisse,
et coercitivam Ecclesiasticam jurisdictionem Ordinariam
in Dioecesi Aquilejensi.

36. Omissis cum pluribus aliis hujusmodi documentis, rebus,
donationis valde amplae quam Patriarcha Joannes fe-
cit anno 1015. Concessionis Placiti Synodalis factae a Patri-
archa Gerardo anno 1122. alteriusque Donationis factae
a Patriarcha Bertoldo anno 1250. et confirmatae a Sum-
mo Pontifice Innocentio IX. sequenti anno 1251. prae-
tendendum producitur instrumentum Concordiae initae
anno 1253. inter Patriarcham Gregorium de Monte Lon- 39
go, et Capitulum, necnon Laudum quod Volchertus Epis-
copus Parentinus publicavit anno 1297. in quibus Laudo,
et Concordia expresse fuit stabilitum, quod omnia Praepo-
siti jura, et signanter Collationes, Institutiones, et Destitu-

tiones

tiones Capellarum, et Ecclesiarum omnium subjectarum, quæ prius ad Præpositum spectabant, spectare imposterum, ac pertinere deberent ad ipsum Capitulum, ejusque Decanum.
37. Quorum quidem laudi, ac Concordiæ plenam executionem continet solemne Instrumentum extinctionis dictæ Præpositu-ræ, quam fecit B. Belorandus Patriarcha anno 1381. ubi legitur, «sublata omnia, jura, omnemque auctoritatem et jurisdictionem, quibus antea potiebatur Præpositus, tanquam Caput Capituli, translata, et consolidata fuisse penes ipsum Capitulum ejusque Decanum, ut sic tandem de medio esset sublata materia tot pacifinorum controversiarum, quæ diu exarserant inter Præpositum, et Capitulum; erat autem tam speciosa Dignitas, Auctoritas, et Jurisdictio Præpositi, ut nonnulli Patriarchæ ipsam desideraverint, quæsiverint, et possederint.
38. Non est prætereunda, sed potius digna est reflexione Bulla Calixtini III. de anno 1193. directa ad Præpositum, et Capitulum in qua fuere confirmata omnia Privilegia, quibus Capitulum quadraginta retro annis usum fuerat, ipsumque Capitulum susceptum fuit sub Protectione Divi Petri cum ejus Ecclesia, Personis, et bonis omnibus, nec non cum omnibus Ecclesiis Mensæ Capitulari unitis, atque subjectis tam in Civitate, quam extra, quarum catalogus ibi fuit diligenter recitatus. Digna quoque est consideratione Bulla Gregorij XI. qua honorificis Privilegijs fuit decoratum dictum Capitulum ut refertur in Bulla Gregorij XIII. data Romæ nonis Januarij 1573.
39. Pro amplianda Capituli Jurisdictione, Summus Pontifex Eugenius IV. sua Bulla de anno 1441. donavit eidem Capitulo totam Plebaniam Caporetæ: Deinde subsecutæ sunt duæ Bullæ Summi Pontificis Pij II. utraque data Mantuæ eodem anno 1459. altera nempe sub di 4. Junij,

alte

altera sub die 4 nonas ejusdem mensis, ut in eis legitur,
et ambae plenissimum demonstrant Capituli aequitatem, juris-
dictionemque ordinariam

40. In prima enim ex ipsis duabus Bullis confirmatur antiquum Capituli Dominium super Ecclesijs et diversis temporibus pleno unitis, atque subjectis, quae singillatim exprimuntur, confirmaturque potestas idoneos Vicarios per se ipsum deputandi, eisque animarum curam committendi, ac inter per rata habetur libera redditum earundem Ecclesiarum administratio, ut clare constat ex sequentibus ejusdem
» Bullae verbis formalibus = Auctoritate Apostolica teno-
» re praesentium ex certa scientia confirmamus &c = ac pau-
» lo post = et nihilominus pro potioris cautelae suffragio
» Plebes, et Ecclesias praedictas, et earum quamlibet cum Ca-
» pellis, ac omnibus juribus, et pertinentijs suis eidem Eccle-
» siae Beatae Mariae, ac illius mensae Capitulari eadem
» auctoritate de novo unimus, annectimus, et incorpo-
» ramus, ita quod liceat Decano, et Capitulo praefatis per se
» Plebes, Ecclesias, et Capellas, prout hactenus absque contra-
» dictione, seu perturbatione aliqua in effectu detinere,
» ejusque idoneos Vicarios per eos deputandos deservire, illis-
» que regi facere, et etiam animarum curam committe-
» re, nec non ipsarum Plebium, et Ecclesiarum unitarum
» fructus, redditus, et proventus in suos, et earundem Ple-
» bium, et Ecclesiarum usus, utilitatemque convertere,
» Dioecesani loci, et cujuscumque alterius super hoc licen-
» tia minime requisita, non obstantibus &c.

41. Posterior vero ex dictis duabus Bullis committit [illegible] Episcopo [illegible], ut postquam ei constiterit de veritate narratorum pro parte Capituli, confirmaret, ac etiam pro potioris cautelae suffragio auctoritate Apostolica concederet ea pro quibus fuerat supplicatum. prout in sequentibus

Dele

Delegatus obediens mandatis Apostolicis, processit ad ipsius Bullae executionem, uti constat ex illius literis datis Savonij die 12. Martij 1462. in quibus post relatam de verbo ad verbum dictam Bullam, inter alia leguntur sequentia formalia

» = Unde visis primo commissione Nobis facta in dicta Bul-
» la, et Privilegijs, Statutis, Moribus, et sententijs, ac Juri-
» dictionibus et juribus quamplurimis dictae Ecclesiae nobis
» pro parte dicti Capituli exhibitis, auditisque quamplurimis
» testibus per Nos diligenter examinatis, sumptaque causae
» plenaria informatione super consuetudinibus, et Jurisdic-
» tionibus, Dignitatibus, Immunitatibus, et Auctoritati-
» bus ipsius Capituli, et Ecclesiae Civitatensis, comperimus
» omnia, et singula in superiori contenta, verificata,
» et probata fuisse, et fore. Et propterea cum Consilio J=
42. Sancisque alijs inter certis sequitur sic = dicta auctori
» tate Apostolica Nobis in hac parte concessa, omnia
» Privilegia, Exemptiones, Libertates, Immunitates, Indulta,
» Ordinationes, et Statuta dictae Ecclesiae, nec non Consue-
» tudines portandi Crucem argenteam cum baculo deaur-
» ato [?] et infra = In Clericos ipsius Ecclesiae, et alios
» Urbanos, Capellanos, et subditos suos in Curia, et Districtu
» Civitatensi, et in Plebibus, atque Ecclesijs eidem Ecclesiae,
» et Capitulo Civitatensi unitis, commorantibus, et
» in Criminalibus levibus Criminalem Jurisdictionem ex-
» ercendi, appellatione tamen ad Dnum Patriarcham Aqui-
» lejensem pro tempore existentem reservata. Insuper in
» ipsis subjectis, et unitis Ecclesijs, vel Capellis idoneos Vi-
» carios et Capellanos instituendi, et quoties opportu-
» num erit destituendi, et de ejusmodi beneficijs vacan-
» tibus eorum imminente vacatione providendi, et eisdem
» provisis animarum curam committendi: ratificamus, ap-

» approbamus, et confirmamus, et decernimus, illa perpetuis fu-
» turis temporibus valitura; observari debere. Et nihilo-
» minus pro potiori cautela suffragio eadem authorita-
» te Apostolica facta repetitione omnium praefatorum Ju-
» rium &c sequitur = Concedimus, et Indulgemus, ac imperti-
» mur &c =

43. Praedictas duas Bullas Pij II. confirmavit Bulla Summi Pontificis Pau-
li IV. data Romae pridie idus Septembris 1558 in qua Capitu-
li jura fuerunt confirmata sequentibus verbis = Omnes
» libertates, gratias, concessiones, exemptiones, et immuni-
» tates a felicis recordationis Celestino III. Pio II. et forsan
» aliis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, sive
» per Privilegia, vel alia indulta, et literas vobis, et Ec-
» clesiae vestrae communiter concessas, specialiter autem jura, juris-
» dictiones, ritus, et mores, ac laudabiles consuetudines,
» ordinationes, et statuta hactenus inviolabiliter tentas,
» et observatas, ac tenta, et observata, nec non jus, pote-
» statem, et auctoritatem convocandi, et congregandi in-
» ter vos, et Clerum ipsius Civitatis Austriae nuncupatae
» Aquilejensis Dioecesis, et ejus districtus, Synodum, ac
» in Oratorios vestros Capellanos, Presbyteros, et alios Cle-
» ricos ipsius Civitatis, et districtus, Ordinariam ju-
» risdictionem exercendi, ac vos, publicam, ac Cle-
» ricos vestros, vestrasque possessiones, ac bona, ac Colo-
» nos molestantes, aut quoquomodo perturbantes inter-
» dicendi, et divinis subtrahendi; ac Capellas in toto ve-
» stro Plebanatu, tam infra, quam extra praedictam Ci-
» vitatem Austriae sitas, earum ingruente vacatione
» occurrente conferendi, nec non Capellas, et
» alia beneficia Publica vestra Canonice unita, ac jus
» seu facultatem Vicarios ad nutum amovendos insti-
tuendi

" tuendi, et destituendi, aliasque res, et bona quæcumque, si-
" cuti ea omnia, et singula iuste, et pacifice possideris, Vo-
" bis, et per Vos eidem vestræ Ecclesiæ Apostolica auctho-
" ritate confirmamus, et præsenti scripti patrocinio com-
" munimus &c. =

44. Profecto, si vel sola memorata dicta Bulla Pij II, et Pauli IV. cum spiritu intelligentiæ Canonicæ, ut par est perpendantur, planè quod in eis verbis claris, atque perspicuis non tam innuitur, quam exprimitur, et non tam conceditur quam ratificatur, ac confirmatur Ecclesiastica ordinaria Capituli Jurisdictio, nemini potest esse locus dubitandi in contrarium, ut admodum præcise, perpensis eisdem Bullis infert, ac concludit in puncto Prosper Fagnanus Vir juris Pontificij Consultissimus in cap. Sua (fraternitatis, de Clericis non residentibus num. 13. ubi consideratis illis verbis = ordinariam jurisdictionem = contentis in Bulla Pauli IV. cujus loco ob typi errorem legitur Paulus III. dicit, quod cum verba sint clara nulla sit opus interpretatione

45. Postquam fuit propositum factum, quod dictus celeberrimus Canonista comentando super citato cap. Sua fraternitatis, retulit ipse erat a secretis sacræ Congregationis Concilij, apud quam Patriarcha Joannes Zimani plures controversias moverat Capitulo Civitatensi, quas inter fuit etiam illa, quod ab ipso Capitulo dari non possent suis Vicarijs curatis licentiæ in scriptis discedendi ob eorum residentiæ, rationem adducens, quia Concilium sess. 23 de refor. cap. 1. expresse statuit, curam animarum habentes non aliter posse discedere, quam = causa

prius

prius per Episcopum cognita, et probata = et discedendi
licentia in scriptis obtenta.)

46 Habitis itaque sub oculis juribus omnibus, rationibus,
et motivis hinc inde deductis, et propositis sacræ Congre-
gationi, quæ resolvit ad favorem Capituli contra dictum
Sacristam, declarando ipsum Capitulum posse dare in
scriptis licentiam discedendi suis Vicariis, citato loco
ipse Fagnanus de ejusdem Capituli juribus individua-
liter disserendo duas integras paginas implevit, ubi in-
ter alia firmavit sane regulam, quod in rebus per-
tinentibus ad Ecclesiasticam jurisdictionem Ordinari-
am sub appellatione Episcoporum, toties a Concil. Trid. no-
minatorum, veniant quicumque Prælati Inferiores gauden-
tes jurisdictione ordinaria, seu quasi Episcopali; quod
ita intelligendum est dummodo ipsa materia Jurisdictio-
nalis sit adaptabilis dictis Prælatis Inferioribus, et per con-
sequens non sit expresse reservata solis Episcopis veluti
ac proprie talibus. Quare desiderandum foret, ut allega-
tum Fagnanum legerent et perpenderent omnes illi, qui
de ipsius Capituli juribus et præsertim de illius Ecclesi-
astica Ordinaria Jurisdictione prave dederunt testimo-
nium.

47 Hæc solum ex claris illis præfatarum Bullarum verbis, qui-
bus conceditur, seu verius confirmatur præexistens Capi-
tuli Jurisdictio Ordinaria, ea evidenter resultat; sed eti-
am profluit indubitanter ab unione plenaria, et su-
biectiva Ecclesiarum, necnon ab observantia longe plus-
quam centenaria, et immemorabili, de quibus in eis-
dem Bullis respective clara fit mentio, quemadmodum
observavit præfatus Fagnanus in cit. cap. Sua Frater-
nitatis ad præsertim num. 11. et sequen. ; ideoque num.
15. V. Eis ita constitutis intulit Ordinariam Jurisdictio-
nem

nem Capituli ob rationem praeallegatam num. 7. His verbis
" =Idem est habere Ecclesiam sibi subiectam pleno jure, et ha-
" bere ordinariam, et quasi Episcopalem Jurisdictionem, quia
" tunc Episcopus nullum jus Episcopale potest in ea exer-
" cere=.

48. Hec autem ultima verba =Episcopus nullum jus Episcopa-
le potest in ea exercere= non sunt intelligenda de jure
Episcopi pendente a potestate ordinis, sed de jure Episco-
pi pendente a potestate Jurisdictionis, et quidem a
potestate jurisdictionis duntaxat regulariter, seu spec-
tato jure comuni, accepta et considerata; nam spectato
Concilio Tridentino, quod in pluribus ampliavit potestatem
Jurisdictionalem Episcoporum, potest Episcopus plura
jura Episcopalia etiam mere Jurisdictionalia exercere,
in Ecclesijs pleno jure, unitis, ac subiectis Praelatis Inferio-
ribus existentibus in Diocesi, et non habentibus terri-
torium separatum, ut jam diximus loquendo de ejusmo-
di Praelatorum specie, quae est secunda de triplici sub ini-
tio exposita.

49. Si Ecclesiae de quibus loquuntur praefatae Bullae Capitulo,
seu ejus mensae fuissent unitae duntaxat unione sim-
plici idest unione importante solummodo certos, ac de-
signatos quosdam effectus, ut pro percipiendis decimis,
vel alijs redditibus, certum est quod ex ejusmodi unio-
ne nulla favore Capituli potuisset inferri Jurisdictio,
sed hec, supposito quod prius fuisset penes Patriarcham,
integra, et illesa mansisset apud eundem, iuxta ea, quae
communiter tradunt Doctores, et signanter Chutga ad Con-
stitut. Apticas decis. 19 num. 2 ibi =Quare uniones in
nihilo praejudicant Ordinario in suis juribus=

50. Verum dictae Ecclesiae fuerunt, ac sunt unitae cum Capitulo
cum pleno jure; unde talis unio recte dicitur plenaria,

et

et subiectiva; quae tunc contingit, quando Ecclesiae uniuntur, et subjiciuntur tam in temporalibus, quam in spiritualibus, prout revera evenit, et verificatur respectu Ecclesiarum Capitulo Civitatensi unitarum, et subiectarum, Idque cuilibet legenti dictas Bullas fit obviam.

51. Quamobrem tota Jurisdictio, quae quoad actum, et jus exercitij residebat penes Patriarcham (si tamen unquam resedit, de quo potest dubitari loquendo saltem de omnibus Ecclesijs Capitulo unitis) fuit ab eodem Patriarcha totaliter avulsa, et translata, ac consolidata penes Capitulum, vel mediante, vel non mediante Praeposito respective, prout colligitur ex firmatis per Fagnanum in cit. cap. Dilecta fraternitatis, et ex ijs quae generaliter docent Canonistae ac signanter Piton. discept. Eccles. 30. num. 5. et optime venit Rota in Bergen. Visitationis 19. Januarij 1714. coram Bovadico § respectu ubi leguntur formalia = Nam attenta totali, ac subjectiva Ecclesiarum unione de plano consequitur eas esse omnino exemptas a Jurisdictione Ordinarij = et paulo inferius eluendo jura contraria sic ait = Haec jura procedunt in Ecclesijs unitis unione simplici ad certos et determinatos effectus, non vero in Ecclesijs pleno jure ipso nostro subiectis =.

52. Et igitur ab Episcopo sit totaliter avulsa Jurisdictio quoad actum, seu jus exercitij, eaque integraliter sit translata in Praelatum Inferiorem, sufficit sola ordinaria, et subiectiva Ecclesiarum unio, quin Ecclesia ipsa unita aut Ecclesia principalis, cui sunt unitae ac subiectae, seu earum omnium districtus maneat avulsus a Territorio seu Dioecesi Episcopi, in qua reperiuntur eaeque Ecclesiae; secus vero contingit in casu, quo fit ejusmodi Ecclesiarum

unio

[illegible], et subjectivar simulque creatur, et constitui tur Territorium ab ipsa Diocesi dismembratum, et separatum.

53 Aliud enim est habere jurisditionem Ordinariam, ac quasi Episcopalem, et aliud est habere simul Territorium separatum; siquidem ad effectum habendi jurisditionem quasi Episcopalem simpliciter talem, neutiquam est necessarium habere Territorium separatum, cum illa sine hoc possit haberi, et pluribus cumulatis Doctorum auctoritatibus, et rationibus firmavit Rota coram Falconer. Decis. 20. de offic. Ordinar. num. 5. et in Miscellan. Decis. 171. num. 1.

54 Est tamen nihilominus notabilis differentia inter habentem ejusmodi jurisditionem cum Territorio separato, et habentem illam sine tali territorio; nam habens jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato eam habet tam quo ad actum quam quoad habitum, et hac detandem, etsi sit materialiter in Diocesi Episcopi, formaliter tamen, seu quoad juris effectus nec est in, nec de, nec ex Diocesi Episcopi; imò est verè Nullius Diocesis, verès [illegible] potest, ac debet non modo Ordinarius, sed etiam Diocesanus cum suam ipse habeat Diocesim, vel saltem quasi, a Diocesi cujusque Episcopi separatam, quamvis respectu Episcopi ordinarius nihilominus illius omnia, et plenaria jurisdictio in quibusdam paucis casibus sit limitata a sacro Concil. Trid.

55 E contra vero habens jurisdictionem quasi Episcopalem sine Territorio separato, etsi hujusmodi jurisdictionem exerceat in Clerum, et Populum, sive parvi, seu etiam tam magni Districtus, qui equivaleat, aut excedat amplitudinem alicujus verè Diocesis; tamen non habet Diocesim, aut quasi proprietatem, sed tantum impropriè fictè, ac in-

tellec

intellectualiter, cum sit, et non proprie; ac ideo vere Nullius Dioecesis; enimvero formaliter est in Dioecesi Episcopi, qui solus est verus Dioecesanus, ut pote conservans integrum, et intactum jus universale Territorij Dioecesani, sicut retineat Jurisdictionem Episcopalem in habitu quoad totam suam Dioecesim, ideoque etiam quoad Districtum cujuscumque Praelati inferioris habentis Jurisdictionem quasi Episcopalem in ipsa Dioecesi, seu non habentis Territorium separatum nomine tale; quamvis eadem Jurisdictio quoad actum, seu quoad jus illam exercendi, sic disponente Summo Pontifice, suspensa remaneat, et remanere debeat quoad Episcopum, eaque a Praelato Inferiore in Dioecesi existente exerceatur, ut egregie distinguendo tradit Dughelin. de Chokier Lauden. in Clementin. Pastoralis num. 24. de sentent. et re judicat. quam distinctionem deum sit ab Hostien. in cap. cum contingat num. 11. de foro competen. et amplexa fuit Rota coram Falconer. de offic. ordinar. decis. 6. num. 4. et decis. 9. num. 13. cum concordantibus ibi allegatis, et in [illegible] Decis. 113. num. [illegible]

Utut vero Jurisdictio Episcopalis, seu quasi, sit quoad
56 actum penes ejusmodi Praelatos Inferiores non habentes Territorium separatum, ideo, ut statim dicebam, [illegible] si constat de ipsa jurisdictione favore dictorum Praelatorum, quod ipsis privative quoad Episcopum, in cujus Dioecesi sunt, competat illa exercitio; nihilominus renuit animadversio illa, quod varij sunt casus, in quibus ex dispositione Concilij Tridentini, quod studuit ampliandae reducendaeque dignitati Episcoporum ad pristinum splendorem, Episcopi nunc exerceant actus Jurisdictionales in praefatorum Praelatorum Districtibus.

57 Redeundo nunc ad unionem, quae de Ecclesijs fuit nostro Capitulo facta cum pleno jure, seu cum perfecta, et

totali

totali subiectione tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ut cuilibet de eo constet sufficit deberent firmatos per Fagnanum in citt. Cap. Sua Fraternitatis ex fundamento inexfragabili Bullarum præfatarum, quas ipse summa maturitate perpendit, priusquam se determinaverit ad scribendum quod ad perpetuam omnium instructionem scripsit de pleno illo iure, quo Capitulo Civitatensi sunt unitæ, ac subiectæ Ecclesiæ, quas possidet in Diœcesi Aquilejensi.

58. Ex verbis in utraque memorata Bulla § 11. conceditur Capitulo, seu verius expresse confirmatur non solum jus, quod tamquam ab immemorabili habebat Instituendi, ac Destituendi, Vicarios Curatos suarum Ecclesiarum sed etiam jus committendi curam animarum, idest, concedendi institutionem auctorizabilem, quod jus est adeo proprium Episcopi iure solis ut neguidem competat Prælatis inferioribus Nullius Diœcesis, nisi habeant potestatem convocandi Synodum, eamque convocaverint, ac in eo deputaverint Examinatores Synodales, pro instituendo examine, sufficiendorum curæ animarum in Ecclesiis Parochialibus; sed pertineat ad Episcopum vicinio, ut tradit cit. Fagnanus in cap. Cum vos de offic. Ordin. Card. De Luca ad not. ad Concil. discurs. 30. Pignatell. consult. 1. tom. 1. et consult. 8. tom. 7., alijque complures.

59. Cæterum inter jura Episcopalis Jurisdictionis est adeo nobile, ac excellens illud Instituendi, et destituendi, ut si in verbis citatæ utriusque Bullæ de eo solo dumtaxat constaret favore Capituli Civitatensis, adhuc proper ex illo inferri jus committendi curam animarum in quo consistit facultas concedendi Institutionem auctorizabilem quemadmodum solide ratiocinatur Cardinalis Petra Tom. 5. ad const. 4. Calisti III. num. 128. ibi = Attamen si Ecclesia fuerit
" nedum pleno iure unita Prælato inferiori existenti in Diœce
" si, scilicet prima et secunda specie, sed quod talis Prælatus
" habeat ex Privilegio in dictam Ecclesiam Jurisdictionem an-

cuiusp

intellectualiter, cum sic, et non proprie; ut ubi vir Nullius Dioe-
cesis; enimvero formaliter est in Dioecesi Episcopi, qui so-
lus est verus Dioecesanus, ut pote conservans integrum, et
intactum jus universalis Territorij Dioecesani, sicque retinens
Iurisdictionem Episcopalem in habitu quoad totam suam
Dioecesim, ideoque etiam quoad Districtum cujuscumque
Praelati inferioris habentis Iurisdictionem quasi Episcopalem
in ipsa Dioecesi, seu non habentis Territorium separatum
nomine tales; quamvis eadem Iurisdictio quoad actum,
seu quoad jus illam exercendi, ex dispositione Summi Pon-
tificis suspensa remaneat, et remanere debeat apud
Episcoporum, eaque a Praelato Inferiore in Dioecesi existen-
te exerceatur, ut egregie distinguendo tradit Guglielm.
de Monte Lauden. in Clementin. Pastoralis num. 24.
de sentent. et re judicat. quam distinctionem desum-
psit ab Hostien. in cap. cum contingat num. 11. de foro
competen., et amplexa fuit Rota coram Falconer. de
offic. ordinar. decis. 6. num. 4, et Decis. 9. num. 13. cum
concordantibus ibi allegatis, et in Ilerden. Decis. 13.
num. 1.

Utut vero Iurisdictio Episcopalis, seu quasi, et quo ad
56. actum penes ejusmodi Praelatos Inferiores non habentes
Territorium separatum, ideoque ut stare debeat recogno-
scendum, si constat de ipsa jurisdictione favore aliorum Prae-
latorum, quod ipsis vicarialiter quoad Episcopum in
cujus Dioecesi sunt, competat illa exercere; nihilomi-
nus reddit animadversio illa, quod varij sunt casus,
in quibus ex dispositione Concilij Tridentini, quod stu-
duit amplianda reducendoque dignitati Episcoporum
ad pristinum splendorem, Episcopi vices exercent
actus Iurisdictionales in praefatorum Praelatorum
Districtibus.

57. Redeundo nunc ad unionem, quae de Ecclesijs fuit no-
stro Capitulo facta cum pleno jure, seu cum perfecta, et
totali

totali subiectione tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ut cuilibet de eo constet sufficienti deberent firmatos per Fagnanum in cit. Cap. Tuae Fraternitatis ex fundamento inconfragabili Bullarum praefatarum, quas ipse summa maturitate perpendit, priusquam se determinaverit ad scribendum quod ad perpetuam omnium instructionem scripsit de pleno illo jure, quo Capitulo Civitatensi sunt unitae, ac subiectae Ecclesiae, quas possidet in Dioecesi Aquilejensi.

58. Et revera in utraque memorata Bulla Pij II. conceditur Capitulo, seu verius expresse confirmatur non solum jus, quod tamquam ab immemorabili habebat Instituendi, ac Destituendi Vicarios Curatos suarum Ecclesiarum sed etiam jus committendi curam animarum, idest, concedendi institutionem auctorizabilem, quod jus est adeo proprium Episcopi vere talis ut nequidem competat Praelatis inferioribus Nullius Dioecesis nisi habeant potestatem convocandi Synodum, eamque convocaverint, ac in eo elegerint Examinatores Synodales, pro instituendo examine sufficiendorum curae animarum in Ecclesiis Parochialibus; sed pertineat ad Episcopum viciniorem, ut tradit cit. Fagnanus in cap. Cum vos de offic. Ordin. Card. de Luca adnot. ad Concil. discurs. 32. Pignatell. consult. 1. tom. 1. et consult. 8. tom. 7., aliique complures.

59. Caeterum inter jura Episcopalis Jurisdictionis est adeo nobile, ac excellens illud Instituendi, et destituendi, ut si ex verbis citatae utriusque Bullae de eo solo dumtaxat constaret favore Capituli Civitatensis, adhuc propter ex ipso inferri jus committendi curam animarum, in quo consistit facultas concedendi Institutionem auctorizabilem quemadmodum solide ratiocinatur Cardinalis Petra Tom. 3. ad Constit. 4. Calisti III. num. 128. ibi = Attamen si Ecclesia fuerit
" nedum pleno jure unita Praelato inferiori existenti in Dioecesi, scilicet prima et secunda facie, sed quod talis Praelatus
" habeat ex privilegio in dictam Ecclesiam Jurisdictionem an-

quasi

» amplissimam, cum facultate omnimoda instituendi, et desti-
» tuendi, tunc videtur habuisse etiam facultatem committen-
» di curam; quia tunc adest exemptio plenissima cujus vigo-
» re valeat, Vicarios deputare; ac illis concedere, et committe-
» re curam; cum totum jus fuerit ab Episcopo abdicatum,
» et proinde concessum Prælato Inferiori &c =

Ne vero ipse doctissimus Card. videretur gratis sic ratiocinari,
60 subdit illico in confirmationem suæ doctrinæ auctorita-
» tes et rationem his verbis = Andreonus cit: cap. unic.
» num. 13. vers. ad quem de Capell. Monachorum, Card. Zaba-
» rella in Clementin. 1. num. 5. de exceptibus Prælator.
» Pyrrhine. cit. lib. 3. tit. 5. sec. 6. §. 4. num. 216. et 248.
» Barbos. cit. de potestate Episcopi parte 3. Allegat. 72.
» num. 188. Bondut. cit. part. 2. cap. 7. §. 5. num. 6. et se-
» quent. et num. 12. Rota Decis. 49. num. 27. et 28. part.
» 15. recent. Decis. 93. num. 11. part. 16. et late in citata
» Burgen. coram Domino Ansaldo §. caterum, et §. tan-
» dem, et coram Cardinali Falconer. §. ex quibus et segg. et
» coram Domino Crispo §. 4. et segg. ad finem. Cum enim
» ad Prælatum Inferiorem spectet institutio, et destitutio
» libera cum totali jurisdictione privativa ad Episcopum,
» videntur omnia in eum translata, quæ pertinent ad
» jurisdictionem in toto Territorio. Butr. contit. 14. num. 14.
» et seqq. Barbosa cit. allegat. 72. num. 185. Lotter. cit. part.
» 33. num. 99. et segg.

61 Diversum fore asseruit, atque magis enucleat idem Cardinalis lo-
» co citato loco num. 109. his formalibus = Sed ratio est, quia per
» dictam plenissimam exemptionem, et jurisdictionem concessam privative
» quoad Episcopum [mediante nempe concessione juris ei dem
» instituendi et destituendi] censetur Summum Pontificem con-
» cessisse Prælato inferiori jus etiam committendi curam, non
» quidem proprio nomine; quia esset in eodem Territorio con-
» stituere duo Capita, et superiores animarum in eundem popu-
lum.

» lum, scilicet, talem Praelatum, et Episcopum, sed ut illis Praelatus
» inferior dictam potestatem exerceat sub Episcopo tanquam ejus
» Vicarius, ut docet Gonzal. [illegible] num. 2 de Donationi-
» bus, Zabarella; et post allegatos plures alios Doctores statim sub-
» jungit rationem his verbis = Et vere cum Episcopus possit
» constituere Vicarium Generalem, et ei communicare fa-
» cultatem concedendi dictam institutionem quoad curam;
» non est cur Papa talem vicariam potestatem Praelato in-
» feriori deinde non concedat =.

Potest igitur Papa talem vicariam potestatem Praelato inferiori con-
62. cedere, quam etiam reapse concessit Capitulo Gorizien., quod
in hoc puncto concedendi institutionem auctorizabilem
seu committendi curam animarum, etsi considerari possit
tanquam Vicarius Patriarchae ob supra allegatam rationem
Cardinalis [illegible], ne videlicet in eodem territorio sint duo ca-
pita, et superiores animarum in eundem populum, scilicet Patri-
archa, et Capitulum in casu de quo agitur; quia tamen ejus-
dem Vicariae potestatis concessio facta est a summo Pontifice,
non vero a Patriarcha, ideo Capitulum ipsa Vicaria potestate con-
cedendi institutionem auctorizabilem potest uti, et in dies uti-
tur ingruente occasione, quin a Patriarchae nutu, et volunta-
te dependeat.

63. Veritas est autem, quod in praefatis Bullis Pij II. non solum
confirmatur Capitulo jus instituendi, et destituendi Vicarios
suarum Ecclesiarum Parochialium, quod potuisset sufficere
proinde in exercendo plenissima Capituli jurisdictione in spiri-
tualibus super eisdem Ecclesijs, ipsarumque Clero, ac populo,
nec non etiam pro deducendo jure committendi curam anima-
rum, idest, concedendi institutionem auctorizabilem, uti con-
stat ex praedictis doctrinis; sed insuper confirmetur etiam ver-
bis claris, et rotundis idem jus committendi curam anima-
rum; quod est imprescriptibile respectu cujuscumque non
habentis Jurisdictionem quasi Episcopalem ut docent Alterga

De

de benefic. quest. 2. num. 182. et seqq. Piton. Discept. Ecclesi. 128. num. 16. et firmat Rota coram Falconer. in Insellan. Decis. 13. num. 3, et 4

64 Relata Capituli Civitatis clara jura liberè instituendi, et destituendi Vicarios suarum Ecclesiarum, curamque animarum committendi, important quidem subjectionem plenam in spiritualibus, sed in spiritualibus potissimum respicientibus pastoralem animarum curam, forumque internum, seu poenitentiale, ut explicat Flor. de Men. variarum, quest. 10. conclus. 4. num. 27. lib. 1., et tradit Rota coram Molin. Decis. 222. num. 12, et Decis. 6. post Marg. ad Constitut. Apostolic.

65 Quod vero tangit subjectionem in spiritualibus concernentibus forum externum, id quoque resultat ex verbis expressis secunde Bulle Pii II. vigore cujus Executor Apostolicus confirmavit antiquissimam, ac immemorabilem Capituli Jurisdictionem Civilem, et Criminalem in Clericos, eamque pro majoris cautella suffragio de novo concessit eidem Capitulo, negari autem non potest, quod ejusmodi potestas respiciat forum externum, pertineatque ad jurisdictionem Episcopalem, ut Rota pluribus Doctorum auctoritatibus allegatis fassa fuit coram Cerro decis. 402. num. 1.

66 Adhuc magis expressè fuit declarata dicta totalis subjectio in spiritualibus per Bullam Pauli IV., ut notes quae literis rotundis confirmavit Capitulo Jurisdictionem Ordinariam, et proinde a nemine possit in dubium revocari, quin mediante ejusmodi Jurisdictione consolidata retineat penes Capitulum omnia illa jura, quae quomodolibet referri possunt ad plenam subjectionem in spiritualibus requirentibus, tam potestatem fori interni, quam potestatem

fori

fori externi, seu in concernentibus Jurisdictionem volun-
tariam, seu contentiosam; cum exploratum sit in jure, quod
praefata omnia veniant, et comprehendantur sub una, sim-
plicique appellatione Jurisdictionis Ordinariae, quemad-
modum in puncto ipsius Bullae Pauli IV. notavit, et fir-
mavit favore nostri Capituli Stagnanus in cit. Capit. sug. Fra-
ternitatis, ac generaliter tradunt Canonistae, et tenuit Ro-
ta coram Buratt. decis. 504. num. 8. et coram Cerro decis.
744. num. 4; necnon coram Caprar. decis. 6. num. 16.

67. Ulterius in eadem Bulla Pauli IV. fit specialis mentio,
et confirmatio juris, et potestatis Capitulo tunc compe-
tentis convocandi Synodum inter Canonicos, et Clerum Op-
pidi Civitatis Austriae, et ejus Districtus, quod jus sub nomi-
ne Placiti Synodalis dignoscitur Capitulo fuisse concessum
à Leonardo Patriarcha anno 1322. ut dictum est; sed cum
hujusmodi jus fortasse in desuetudinem abiisset, solicitu-
do Capituli fuit ut illud in dicta Bulla Pauli IV. reno-
varetur, seu confirmaretur, prout contigit.

68. Nemo autem ibit inficias, quod jus convocandi Synodum in ip-
sa Bulla expressè confirmatum, pernecesse supponat jurisdic-
tionem Ordinariam, et quasi Episcopalem; quia sine ipsa
Jurisdictione nullatenus potest consistere, ut cuilibet
consideranti patet, et patere debet ex traditis per Ro-
tam coram Falconerio de offic. Ordinarii decis. 17. num.
1. cum ibi allegatis aliis decisionibus ejusdem Rotae.

69. Et tandem Papa in eadem Bulla supponit hujusmodi Jurisdic-
tionem in Capitulo, ipsam tanquam praeexistentem confir-
mando in tota sua plenitudine, ad quam expressè retulit
etiam antiquum Capituli jus Vicarios ad nutum amo-
vendi, nec non illud interdicendi, ac Divinis subtrahendi,
ex quo jure aliisque emergit probatio Jurisdictionis qua-

quasi Episcopalis; quia sine ea censuræ ferri non possunt
ad tradita per Van=Espen. in Jus Ecclesiasticum univers.
part. 3. tit. 11. cap. 2. num. 9. et 17.

70. » Ibi enim citatus nunc Doctor hæc habet = Hinc communi
» Doctorum calculo hodie probatum est, neminem posse fer-
» re censuras virtute clavium, nisi qui Jurisdictionem ha-
» beat in foro externo = Id etiam tenet Rota coram Emeri-
» rix. Jun. decis. 1011. num. 3. ibi = Jus ferendi censuras
» veniat in consequentiam Jurisdictionis = et num. 4. ibi =
» multoque minus promulgare Ecclesiasticum Interdic-
» tum &c. nam id competit duntaxat Prælato habenti ordi-
» nariam Jurisdictionem &c. = Aliique in eadem decisione
» citati [illegible]

Quod demum attinet ad plenam subjectionem, quæ in tempo-
71. ralibus facta est Capitulo Civitatis dictis Ecclesiis ei unitis,
adeo nitide, ac clare ipsa probatur ex prima Bulla Pij
II. ut nemo prudens possit ambigere, quin Capitulum hac
in parte habeat liberam perfectamque administrationem
omnium redditiuum, ac proventuum Ecclesiarum ei
unitarum; absque ulla dependentia a Patriarcha Aqui-
lejensi; siquidem in ea Bulla, cujus verba etiam quo hanc
partem inter alias, per extensum fuerunt jam relata,
dicitur expresse; quod Capitulum Plebium, et Ecclesiarum
unitarum fructus, et proventus in suos, et earundem
plebium, et Ecclesiarum usus, utilitatemque convertere,
Diœcesani Loci, et cujuscumque alterius super hoc Licen-
tia minime requisita.

72. Potest igitur optima ratione dici Ecclesias Capitulo esse uni-
tas pleno jure, quia ei sunt subjectæ tam in temporali-
bus, quam in Spiritualibus; hæc enim invicem conver-
tuntur, videlicet Ecclesias esse subjectas tam in temporalib.

quam

quam in spiritualibus, ex eas efficacissime unitas, ut per Lotter. de re beneficiar. lib. [illegible] n. 12. num. 12, et seq. Murgam. disquisit. moral. tractat. 1. discept. 3. dub. 1. §. 2. num. 38. tenuit Rota coram Crispo decis. 542. num. 6, et in Burgen. visitationis 19. Januarii 1714. §. vim coram Barbadico.

73. Ex hujusmodi autem unione facta plena jurisdictione sub [illegible] facta, tam in spiritualibus, quam in temporalibus innegabiliter, ac manifeste deducitur, et infertur Jurisdictio ordinaria, et quasi Episcopalis in ipso Capitulo quod illius favore eam individualiter deduxit, ac intulit nunquam satis laudatus Fagnanus in cit. cap. Sua Fraternitatis de Clericis residentibus, et cum [illegible] deducens, ac [illegible] debent omnes illi, quibus jura eam Insignis Capituli sunt pars [illegible].

74. Nec solum hac ordinaria, et quasi Episcopalis Jurisdictio Capitali, tam ex claris verbis, quibus etiam in Bullis Pontificiis fuit expresse confirmata, quam ex suprà Ecclesiarum unione in eisdem Bullis ratificata, resultat; sed etiam et quidem lucidius comprobatur firmiorque redditur a diuturna plurium saeculorum possessione, seu quasi, in qua reperitur idem Capitulum exercendi potiores, nobilioresque actus, eandem Jurisdictionem luminose demonstrantes; cum vel per solam centenariam possessionem praescribatur omne jus etiam imprescriptibile, ut tenuit Rota parte 18. recent. Decis. 647. et Decis. 789. num. 9. et 2. Maij 1698. in una Terraconen. Jurisdictionis coram Cerro, nec non in una Colonien. Praecedentiae 4. Junij 1696. coram [illegible] existen apud Io. Caval. Aironeli in tract. de juribus, et oneribus tertiae Decis. 19. num. 22. ubi aliae ejusdem Rotae Decisiones cumulantur, quae ostendunt, a nemine centenariam praescriptionem posse impugnari.

75. Porrò ex utraque Bulla Pij II. praesertim autem ex secunda, ejusque

ejusque Litteris executorialibus constat, item tunc, idest an-
no 1462 verificatum fuisse apud delegatum Apostolicum,
mediante plenaria informatione ab eo capta, et habita,
quod Capitulum de antiquo, et approbata, et a tanto
tempore, cujus contrarij memoria non extabat, observa-
ta consuetudine exercuerat jus, et auctoritatem Vicarios
Curatos suarum Ecclesiarum instituendi, et destituendi, et ij
curam animarum committendi, nec non cognoscendi, et de-
cidendi causas Civiles, et Criminales in locibus respectu Cleri-
corum eidem Capitulo subiectorum; nec est dubitan-
dum, quod ipsum Capitulum ita eadem observata immuta-
bili consuetudine exercuerit usque ad praefatum tempus
quoscumque alios nexus Jurisdictionales dependentes ab illo
pleno jure, quas sibi unitas, et subjectas habebat Ec-
clesias Parochiales.
76 Capitulum omni tempore, idest, tam ante Concilium Tri-
dentinum per plura saecula, quam post idem Concil. con-
tinuo usque in praesens, fuisse, et esse in pacifica, et nun-
quam interrupta possessione, vel quasi instituendi, ac desti-
tuendi Vicarios Curatos suarum Ecclesiarum Parochialium,
constat ex multiplicibus Regestis, quae conservantur in
Archivio ejusdem Capituli, et ipsamet perpetua, et nunquam
variata praxis, quae publica est, ac notoria, de perse suf-
ficientem plenamque fidem facit.
77 Quamquidem potestas instituendi ac destituendi sibi La-
ter annexum jus ammovibilitatis ad nutum, et bene
placitum, quod claris verbis fuit expressum in Bulla Pau-
li IV. non tamen de novo concessum; jam enim prius eo jure
potiebatur Capitulum, uti constat ex tribus sententijs. lata
libus de anno 1516. et ex alia sententia prolata anno
1562. per tres Commissarios deputatos ab Imperatore Ferdi-
nando I., in qua quo ad praesens punctum fuit decisum
His

" his verbis = Dicimus, et declaramus; quod dictum Venerabile Capi
" tulum habeat, et haberi debeat plenariam auctoritatem
" deputandi Vicarios in Beneficijs incorporatis Mensae Capi
" tulari Civitatis Austriae cum auctoritate ipsius Capituli
" deponendi, et confirmandi ad illius beneplacitum, iuxta sua
" privilegia, et observantiam &c=

78 Post Concil. Trid. vero praeter alias plures Literas, et Resolutiones editas a Sac. Congreg. ejusdem Concil. quibus praefata possessio, vel quasi instituendi, ac destituendi ad nutum, et beneplacitum dictos Vicarios plene comprobatur, ea quoque fuit ratificata per sententiam latam ab A. C. Lantes anno 1606. in qua declaratum
" fuit = Decanum, et Capitulum fuisse, et esse in usu, et con
" suetudine, ac in possessione, vel quasi instituendi, et desti-
" tuendi, seu deputandi, et ammovendi in eorum Ecclesijs, Plle
" bibus, seu Vicarijs eorum Mensae perpetuo unitis, et subjec
" tis Presbyteros, Parochos, seu Vicarios ad nutum, et benepla
" citum, ac simplicem eorum voluntatem ammovibiles,
" absque eo quod aliquam teneantur reddere causam, et ra-
" tionem deputationum, seu ammotionum ad nutum
" Ejusmodi factarum, et fiendarum &c =

79. Exercitij hujus Potestatis continuatio usque in praesens secuta, resultat ex non paucis ammotionibus Vicariorum, quae diversis subsequentibus, ac etiam recentissimis temporibus fuerunt factae eo jure nutus, et beneplaciti, quemadmodum constat ex definitionibus Capitularibus desuper emanatis, quae plenum effectum fuerunt sortitae.

80. Plane dictae possessionis, vel quasi instituendi, et destituendi, seu deputandi et ammovendi Vicarios Curatos, comes perpetua, et indivisibilis fuit possessio committendi curam animarum; non enim duntaxat ante Concil. per plura saecula, sed etiam post ipsum Concil. fuit a Capitulo semper commissa Vicarijs dicta cura, et in dies committitur, quotiescumque se offert occasio deputandi Vicarios, quae commissio cum

a

a Canonistis communiter appellatur institutio auctorizabilis, et contradistinguitur ab ea institutione, vigore cujus confertur titulus Beneficij, si agitur de provisione beneficij Parochialis proprie talis; et ita distinguendo tradunt Butr. in cap. de monach. num. 8. de Preb. Lotter de re beneficiar. lib. 1. quest. 25. num. 13. et quest. 33. num. 99. et alij apud Piton. discept. Eccles. tom. 1. discept. 20. num. 30, et 31, firmatque Rota in Burgen. Jurisdictionis super commissione curae et actibus Parochialibus 11. Junij 1708. § Neque coram Ansaldo quae e decisio 26. post de Respons. de Territorio separato, et in eadem Burgen. 23. Februarij 1714. coram Falconer. confirmata 26 Julij 1715. coram Crispo.

81. Ante Concil. vero a Capitulo Civitatem non solum concedebatur institutio auctorizabilis, seu committebatur Vicarijs cura in Populum Ecclesiarum Parochialium, sed etiam ipsi Vicarij examinabantur, et approbabantur pro ipsa Cura animarum, ac etiam approbabantur pro audiendis Confessionibus, tam Sacerdotes Saeculares, quam Regulares, et fiebat casuum reservatio, a quibus sine facultate Capitulari nullus ex Vicarijs, nec ullus ex dictis Sacerdotibus, qui habebant approbationem, et licentiam audiendi Confessiones, poterant legitime, ac valide absolvere; et ejusmodi potestatis exercitium plene comprobatur ex quodam libro qui nuncupatur Romanus A. existens in Archivio Capitulari in quo innumera propemodum continentur documenta probantia exercitium quasi Episcopalis jurisdictionis Capituli, tam quo ad praefata quam quo ad plura alia; eidemque libro plena est fides praestanda, quia documenta in ipso contenta ab Originalibus, quae reperiebantur in dicto Archivio fuerunt educta vigore Compulsorialium Apostolicarum dici 10 Maij de anno 1560. a Federico Roncono

Dicto

dicto Visnovico Canonico Aquiejensi tanquam a Judice Compulsore.

2 Quoniam vero dictum Concil. sess. 23. de refor. cap. 15. soli Episcopo Diocesano, exclusive ad Prelatos inferiores prime, ac secunde speciei, reservavit approbare Sacerdotes tam saeculares, quam regulares pro audiendis Confessionibus saecularium, etiam sacerdotum, derogando nedum Privilegijs Apostolicis, et cuicumque consuetudini, ac proinde quadragenarie, sed etiam consuetudini immemorabili, ut ex literali ista dispositione Concilij dixit Sacra Congregatio ejus interpres in Theatina anno 1612. contra Abbatem Sancti Joannis in Venere, et in altera Theatina 26 septembris 1615. et in Sublacen. Jurisdictionis 10 Octobris 1676. et in Beneventana Jurisdictionis 4 septembris 1677., et in Burgi Sancti Sepulchri Jurisdictionis 9. septembris 1679., et in Sorrentensi declaravit Episcopo praefato licere Sacerdotem ad saecularium confessiones audiendas approbare, non obstante contraria consuetudine immemorabili tom. 11. Decret. fol. 29.

3 Hinc est quod Capitulum Civitatensis aliquo tempore post Trident. Concil. destitit ab approbandis Sacerdotibus pro administrando sacramento poenitentiae, et a facienda reservatione casuum, nec non etiam a concedendis licentijs concionandi, ut antea semper practicaverat, stante quod idem Concil. sess. 24. de refor. cap. 4. dixit = Munus praecipuum praedicandi esse Episcoporum, et ideo quoad actum dandi licentiam concionandi, et quoad actus concedendi Dimissorias et approbandi Confessarios semper pari passu procesit Sacra Congregatio ejusdem Concilij, ut testatur Card. de Luca. Tom. 5. ad Constitut. 4. Calisti III. [illegible] nom. 61, ubi refert quod ipsa Sacra Congregatio in Theatina Jurisdictionis

19. Augusti 1702. cum fuerit remissa cognitio causæ ad Rotam, etiam quoad possessorium super prætenso Territorio separato Præpositi Atissæ dixit, ut interim abstineat Præpositus a concedendis licentijs Concionandi, Dimissorijs, et approbandi Confessarios.

4 Ideoque ipse Card. Petra ibi num. immediate sequenti hæc habet = Unde constat eodem jure processisse sacram Congregationem in tribus dictis actibus; et certe in approbatione Confessariorum, ut supra dixi, et Dimissorijs concedendis, ut infra dicam, sicut non suffragatur immemorabilis sic neque in isto actu concedendi licentiam Concionatoribus, prout non juvat quadragenaria cum titulo, sed solum qualitas veræ Nullius si concurrat; tenequè Ejusmodi actus ex compræventione, non ex præscriptione habet locum, et ideo Concil. in cit. cap. videtur mentem suam expressisse, ut nullus omnino prædicet verbum Dei contradicente Episcopo; cum nequeat dari præscriptio ulla in eo, quod est contra bonos mores, et rectum gubernium animarum &c =.

5 Etsi vero Capitulum Civitatem post Concil. Trid. destiterit ab approbandis Confessarijs, a facienda reservatione casuum, et a concedendis licentijs concionandi qui actus supponebant in Capitulo veram Ordinariam, et quasi Episcopalem Jurisdictionem; non tamen destitit, sed semper continuavit usque in præsens in sua antiquissima possessione, vel quasi committendi curam Animarum, seu concedendi Institutionem auctorizabilem, ut non solum constat appertissime ex documentis, quæ pro parte ipsius Capituli producuntur; sed ipsamet Curia Terracinatis debet fateri ~~[illegible]~~ literarum, quæ ab eadem,

juxta

juxta formam expressam in literis a Francisco Barbaro Coadiutore datis ad Vicevicarium Generalem Aquilejensem de Ariano sub die 9. Julij 1587, expediuntur, et dantur Sacerdotibus concurrentibus pro Vicarijs Curatis Capituli; in illis enim Patriarcha fidem facit quod ipsi sacerdotes fuerint examinati, et reperti habiles, seu idonei pro administranda cura cujuscumque ex Ecclesijs Parochialibus ejusdem Capituli, a quo deinde uni ex taliter examinatis et approbatis, quem judicat digniorem vacantis Vicaria fit Colatio per deputationem includentem institutionem auctorizabilem, seu commissionem curæ animarum; idque semper fuit practicatum post aliquod tempus Concilij usque in hodiernum diem.

6 Est autem actus committendi curæ animarum tantæ nobilitatis et excellentiæ, ut a sola potestate Episcopali procedat, ut bene Abb. in cap. cum et plantare. de Privilegijs num. 6. ubi Butrius num. 7. et 8. et num. 26 Marian. Soccin. num. 8, et 13. Flores de Mena variar. resolut. lib. 1 Quæst. 10 num. 26. Piton. discept. 20 num. 30 et 31. Rota decis. 4 num. 6. post Murg. ad Constitut. Apostolicas.

7 Idque verum est, etsi agatur de Ecclesijs unitis Prælato inferiori Episcopis, et quidem pleno jure, idest tam quoad temporalia quam quoad spiritualia; adhuc enim commissio curæ animarum, seu institutio auctorizabilis spectat ad Episcopum, quia illa unio, si aliter non constat, intelligi potest, quoad jura spiritualia Ecclesiæ, non autem quoad jura spiritualia in Populum, et animas Episcopi curæ commissas, ut advertunt Lambert. de jur. Abb. tom. 1. disp. 9. quæst. 10. num. 1, et 12. Pavin. de Resignat benefic. lib. 8 quæst. 4 num. 96. Barbos. ad Concil. Trid. sess. 24 cap. 18. num. 46. de refor. ac plene Rota in Pampilonen. Unionum Parochialium de Mendavia 3 Junij 1666. ejusdem decis. 4 num. 6. post Murg. cit.

8 Mirum tamen non est quod nihilominus jus institutionis auctorizabilis competat Capitulo Civit., quia Ecclesiæ, quas possidet et sunt plenissimo jure unitæ, ac subjectæ, sicuti

jure

jure institutionis, et destitutionis; et quia idem jus fuit ipsi
a pluribus saeculis quaesitum, ac dein confirmatum in utraq.
Bulla Pij II. quin ei quoquo modo fuerit derogatum a Concil.
Trid. vel ab ulla Constit. Apostolica; sed semper illud integrum,
ac illesum conservaverit, et exercuerit, atque in dies exerceat, 92
sub Patriarcha tamen, ast independenter ab ipso; quia Vicaria
illa potestas, qua dictum jus exercet, fuit eidem Capitulo conces-
sa, seu confirmata a Summo Pontifice, ut jam superius dictum
est ad sensum Card. Petra

Atque hoc institutionis, auctorizabilis jus est illud ex quo tan-
89 quam vera radice germinavit Oeconomorum deputandorum
potestas, quam a pluribus saeculis ante Concil. et post etiam
continuo Capitulum exercuit, exercetque indies, semper
privative ad Patriarcham, idemque jus fuit etiam cano-
nizatum pro casibus particularibus, et praesertim senten-
90 tia lata a Comite Francisco Abbate Lemio Judice Com-
missario Apostolico die 28. 9bris 1641. in casu deputatio-
nis Oeconomi pro Ecclesia Parochiali de Fajedis.

Nunc autem prosequendo referre possessionem, vel quasi, in qua Ca-
pitulum Civitatense jam a pluribus saeculis reperitur exercendi gra-
viores, nobilioresque actus Ordinariae, ac quasi Episcopalis Jurisdi-
ctionis, certum est constare de visitationibus Ecclesiarum,
plurima enim existunt documenta ab Archivio Capitu-
li producta, ex quibus plene constat, ipsum Capitulum me-
diantibus Canonicis de suo Gremio, qui antiquitus ap-
pellabantur Episcopi, ac dein Archidiaconi, usque ab ini-
tio decimiquarti Saeculi fuisse in possessione, seu quasi vi-
sitandi Ecclesias sibi subiectas, sibique tale jus conservasse
integrum, et illesum ac cum omnimoda exclusione Patriar-
charum usque ad Concil. Trid., seu potius usque ad annum
1585.; cui plures facta fuerint contradictiones et praeser-
tim a Patriarcha Joanne Grimani, quae licet ad judicium
deducere in Sacra Rota auditorio, efficere tamen non value-
runt

runt, quominus per sententiam anni 1562. coram Stoppenio fuerit declaratum, ac definitum Capitulum etiam privative ad Patriarcham manutenendum esse in possessione, vel quasi visitandi Ecclesias eidem Capitulo unitas, et subjectas.

At dicto anno 1585. ob factam a Concil. Trid. reformationem in his quæ spectant ad visitationes Ecclesiarum Parochialium Prælatis inferioribus subjectarum Sacra Congregatio ejusdem Concilij per litteras diei 19. Februarij a Cardinali Boncompagno Sancti Xisti nuncupato directas ad Vicarium Generalem Aquilejensem declaravit visitationes hujusmodi pro parte Capituli fieri debere previa approbatione visitatorum facienda a Patriarchis Aquilejensibus servatis alijs ab eodem Concilio præscriptis: Dicta autem declaratio pro parte Capituli fuit executioni demandata, cum semper postea usque in præsens Archidiaconi Capitulares ejusmodi approbationem petierint, et obtinuerint a Patriarchis; hoc tamen non officit, quin jus visitandi in Capitulo plene agnitum, et confirmatum fuerit, et consequenter admissa favore Capituli Jurisdictio Ordinaria, et quasi Episcopalis, a qua provenit atque descendit jus visitandi, cap. venerabilis de censibus, cap. 1. §. cum autem eod. tit. in 6. Murg. de Parochi. par. 4. quæst. 1. sect. 13. Conclus. 2. num. 2. et sect. 4. num. 13. Paris. de Resignat. lib. 7. quæst. 15. num. 9. Sondut. de praevent. cap. 45. num. 15. Rota coram Buratto decis. 504. num. 12. et coram Bichio decis. 536. num. 11. et coram Molin. decis. 682. num. 5. 6. = Cum jus visitationis sit principale constitutivum, et potissimum signum Jurisdictionis Ordinariæ =

De usu juris convocandi Synodum, quod in Bulla Pauli IV, tanquam penes Capitulum præexist...s, fuit confirmatum,

ob

ob tria præmemorata incendia Archivij Capitularis non inveniun-
tur documenta certa, et precisa, quibus ipse usus concludenter
valeat probari; magna tamen, ac vehemens extat præsumptio,
quod fuerit ante Concil. Trid., alias enim pro ejusdem juris Apo-
stolica confirmatione non fuisset supplicatum; de tempore
vero subsequenti videtur esse certum, quod Capitulum nun-
quam convocaverit Synodum; nec mirum, quia postea ob intro-
ductam aliam praxim in Ecclesia circa usum convocandi Sy-
nodum in Capitulo defuerunt aliqua requisita ad hunc effectum
necessaria, de quibus Card. Petra tom. 5. ad constit. [illegible]
Callisti III. sect. 2. num. 114.

Juvat tamen referre, emanasse Decretum Sacræ Congregationis
Episcoporum significatum a Card. De-Senis per litteras diei 5. No-
vembris 1585. Episcopo De Corcio, tanquam Vicario Generali
Aquilejensi, quo ex causis ab Episcopo Parentino Visitatore Apo-
stolico expositis, et mature pluries examinatis, fuit de-
mandatum, ut in Civitate Fori-Julij erigeretur Semina-
rium totaliter separatum, et independens a Seminario
Utini erigendo, jamque nonnullæ factæ fuerint dispo-
sitiones pro effectiva illius erectione; sed aliquæ diffi-
cultates, quæ supervenerant ipsam impedierunt.

Videtur autem quod ipsa Sacra Congregatio dicti Seminarij erec-
tionem non præcepisset, nisi in Capitulo Civitatensi perspe-
xisset veram ordinariam, et quasi Episcopalem Jurisdic-
tionem, et considerasset, quod multitudo Ecclesiarum Paro-
chialium plenissimo jure subiectarum eidem Capitulo ha-
benda erat adinstar unius Diœcesis, non quidem vere, sed
aliquomodo separata ab alijs partibus Diœcesis Aquilejen.,
respectu quorum unicum tantum fuit erectum Semina-
rium, videlicet Utinense, seu Aquilejense, ut executioni de-
mandaretur Decretum Concilij Tridentini sess. 23. de refor.

cap.

» Cap. 18. ibi = Sancta Synodus statuit, ut singulae Cathedrales,
» Metropolitanae, atque his majores Ecclesiae pro modo fa-
» cultatum, et Dioecesis amplitudine, certum puerorum ipsi-
» us Civitatis, et Dioecesis, vel ejus Provinciae, si ibi non repe-
» riantur numerum in Collegio ad hoc prope ipsas Ecclesias,
» vel alio in loco convenienti, ab Episcopo eligendo, alere, ac
» religiose educare, et Ecclesiasticis disciplinis instituere
» teneantur &c =

Actus Jurisdictionis, quos in Civilibus Clericorum tam Civitatis Fori-Julij, quam districtus omnium Ecclesiarum Parochialium Capitulo subjectarum, exercuit idem Capitulum per plura Saecula, et in dies exercet, conferunt quidem ad firmandam ejus Jurisdictionem quasi Episcopalem, sed illi, de quibus plenisse constat ex Regestis in Archivio Capituli existentibus, tum respectu graviorum ejusdem Jurisdictionis actuum non videantur esse magni momenti, possunt etiam praeteriri.

Praeteriri tamen non potest possessio, vel quasi, in qua per aliquot Saecula ante Concil. et etiam post continuo, reperitur Capitulum, cognoscendi, ac decidendi causas tam Criminales, quam Matrimoniales, quod continuatum, ac nunquam interruptum exercitium, elicitur ex longa serie documentorum, quae leguntur in praememorato Libro Romano Æ., nec non ex fermè innumeris Processibus, qui super ejusmodi causis fuerunt formati, et existunt, ac conservantur in Archivio Capitulari, ut est publicum, et notorium.

Et praeterea constat ex iam allegata Sententia de anno 1555. prolata a tribus Commissarijs per Imperatorem Ferdinandum I. deputatis, Capitulum Civitatense a temporibus

anti

antiquissimis exercuisse Iurisdictionem in Criminalibus, et in Matrimonialibus respectu ad illa loca, quae subsunt temporali Ditioni Serenissimae Domus Austriae; In illa enim sententia inter alia leguntur formalia =

„ Super tertium dicimus, et declaramus quod antedictus
„ Magnificus Dnus Capitaneus Tulmini, sive illius Vice-
„ Capitaneus omnino abstinere debeat a causis Ecclesiasti-
„ cis, et Matrimonialibus, nec non spiritualibus Perso-
„ nis, in quibus conveniatur unusquisque coram Domino
„ Archidiacono ipsius Capituli, absque molestia, et impedimen-
„ to &=

Respectu vero districtus existentis sub temporali Ditione Serenissimae Reipublicae Venetae, huiusmodi observantiam ipsimet Patriarchae proprio facto luculenter comprobaverunt, etiam post absolutum Concilium Tridentinum vix enim eo publicato, Patriarcha Joannes Grimani inter plures alias Controversias, quas instituit contra Capitulum Civitatense, litem etiam super cognitione causarum Criminalium, et Matrimonialium, iam pridem sopitam per sententiam Rotalem latam ad favorem Capituli, instaurare curavit coram Sacra Congregatione ipsius Concilij; sed prorsus inutiliter; nam eadem Sacra Congregatio, defuncto interim dicto Patriarcha Grimani, per literas Cardinalis Maffei scriptas die 15. Septembris anni 1587. monitum fecit Franciscum Barbarum illius successorem in Patriarchatu, ut in posterum abstineret a molestijs ea super re Capitulo inferendis, quatenus vere eidem Capitulo assisteret immemorabilis cognoscendi causas Criminales, et Matrimoniales; ea quod de mente Sacri Concil. Trid. nunquam fuit auferre Praela-

ta.

tis inferioribus jus quesitum per hujusmodi consuetudinem, ut legitur in dicta quest.

Et ideo dictum Concil. sess. 24. de refor. cap. 20. §. ad hoc, reservando cognitioni Episcopi causas criminales, et Matrimoniales, exclusive ad Prelatos inferiores prime, ac secunde speciei derogavit duntaxat Privilegijs, Indultis, Concordijs, que suos tantum tenerent auctores, et alijs quibuscumque consuetudinibus, idest quadragenarijs, etiam cum titulo colorato; non vero derogavit etiam Consuetudini immemorabili, sicut hujusmodi Consuetudini derogavit, dum sess. 23. de refor. cap. 15. Episcopo, cum exclusione dictorum Prelatorum reservavit facultatem approbandi Confessarios, ibi enim post illa verba = Privilegijs, et consuetudini quacumque = idest quadragenaria, etiam cum titulo colorato, addidit formaliter = etiam immemorabili non obstantibus =

Cum igitur Concilium quoad jus cognoscendi causas Criminales, et Matrimoniales, non sustulerit consuetudinem immemorabilem; quia ista presumit adesse quemcumque titulum meliorem desiderando, et sic Privilegium Apostolicum, capite super quibusdam §. preterea, ubi Glosa verbo non extat de verb. significat. et ibi Doctores, l. hoc jure §. ductus aque ff. de aqua quotidiana et Stagnon. in cap. ad hec num. 174. de Religiosis domibus, et pro parte Capituli Civitatensis fuisset allegata Consuetudo immemorabilis, merito fuit, ut supra, scriptum ad Patriarcham Franciscum Barbarum, qui, velut perspectam undique habens hujusmodi Consuetudinem, verens ne in prosecutione litis aliquid deterius sibi contingeret, consultius putavit se componere cum Capitulo.

Quamobrem ipsa Lis fuit deinde terminata per concordiam

innixam

innitam anno 1595. inter dictum Patriarcham Barbadum, et Capitulum, in qua mutuo consensu divisæ fuerunt species causarum, quæ decidendæ essent a Curia Patriarchali, et quæ Capituli Cognitioni forent subjectæ; et hæc Concordia successive approbata a Clemente VIII., semper utrinque fuit rigiore custodita, ut multos post annos testatum reliquit Tagnan. in sæpe cit. Cap. Sua Fraternitatis de Clericis non residen. num. 14. ibi = Semper Capitulum in istis Ecclesijs exercuit Ordinariam Iurisdictionem in Causis Matrimonialibus, in dandis licentijs, in instituendo, et destituendo, et in similibus &c=

Ac etiam postea, et quidem usque ad hodiernum diem semper Capitulum continuavit in cognitione causarum, tam Matrimonialium, quam etiam Criminalium, juxta conventionem in Præfata concordiam expressam; cum nulla alia lites appareant subortæ inter Patriarchas, et ipsum Capitulum. Ex hac vero cognitione Causarum Criminalium, et Matrimonialium iam per aliqua Sæcula continuata usque in præsens, resultat argumentum urgens omnium maximum Iurisdictionis Ordinariæ, et quasi Episcopalis, ut sæpe firmavit Rota et præsertim Decis. 706. num. 10: Decis. 872. num. 6. Decis. 1221. per totum coram Cocin. Decis. 610. num. 18. et seqq. part. 4. tom. 1. recen. Decis. 958. num. 1. et 2. coram Emerix Iun. et clarius coram Dunoz Iun. Decis. 988. num. 4.

Magni etiam ponderis pro semper firmius stabilienda eadem Capituli Iurisdictione est possessio, vel quasi in qua jam a pluribus sæculis reperitur ipsum Capitulum ferrendi censuras vigore illius potestatis, quæ tanquam in Capitulo præcedenter ab antiquissimo tempore deistens, fuit claris,

verbis

verbis confirmata in Bulla Pauli IV. ibi = Interdicendi, et Divinis subtrahendi =; et reapse tam ante Concil. Trid. per aliqua Saecula, quam etiam post, licet minus frequenter, ob ejusdem Concilij dispositionem contentam in Cap. 6. sess. 25. de refor., exercuit tale jus, quoties necessitas, aut opportunitas postulavit, praesertim autem pronunciando suspensiones contra Clericos, et Vicarios, tam a Divinis, quam ab officio, et Beneficio respective, ut manifeste constat ex pluribus Processibus, alijsque actis secutis tam in, quam extra Visitationes Archidiaconales, qui Processus, et acta reperiuntur, et conservantur in Archivio Capitulari, ac loquendo de temporibus remotioribus, certum est constare de ejusmodi exercitio ferendi omnes, ac singulas censuras, ex ijs documentis, quae leguntur in enunciato lib. Romano A.

Sicut autem certum est in facto, quod Capitulum Civitatensis jam a pluribus Saeculis est in hujusmodi possessione vel quasi, ferendi censuras; ita quoque certum est in jure, quod per istud exercitium plene manet probatum reperiri in eodem Capitulo Jurisdictionem Ordinariam, a qua profluit potestas ferendi Censuras. Cum ad ejusmodi Jurisdictionem acquirendam non jam requiratur Consuetudo plurium Saeculorum, nec etiam sit necessaria immemorabilis, aut centenaria, sed sufficiat vel sola quadragenaria, etiam sine titulo colorato; est enim communis Canonistarum Sententia, quod tali consuetudine possint praescribi etiam Jurisdictionales Episcopis competentes; et ita tradunt Hostien. in Cap. Dilecto. num. 24. de offic. Archidiac. Gonzal. in Cap. de quarta num. 5. de praescrip. Covarr. lib. 1. Var. cap. 10 Pagan. in Cap. cum Ecclesia num. 124. et 131. de causa possess. et propr. Blasius de Morcon. prax. lib. 5. quaest. 24., ac tenuit Rota Decis. 2. num. 1. in Novis, decis. 124 num. 12, et decis. 159. num. 2. part. 1. Recent. decis. 245. num. 9. part. 2; coram Dunoz Jun. decis. 948 num. 2. et decis. 21 man.

ib.

ib. part. 14.

Fuit etiam olim ipsum Capitulum in possessione, vel quasi dandi Clericis licentiam testandi, et defunctorum Canonicorum Clericorumque spolium capiendi, uti constat ex citata sententia Rotali coram Droppenio, et ex mem. lib. Romanae A. in quo etiam sunt registrata plurima documenta licentiarum per Capitulum concessarum, ut de aedificandis, et demoliendis Ecclesijs, quas licentias una cum pluribus alijs continuavit concedere usque ad haec novissima tempora sine minima Patriarcharum contradictione, vel oppositione, sicut nec unquam ipsi se opposuerunt licentijs a Capitulo concessis de quaestando, et Vicarijs Curatis de se absentando a residentia, de quibus licentijs agit Fagnan. in toties alegat. Cap. Ex tuae Fraternitatis de Clericis non residentibus; immo quoad licentias testandi continuavit Capitulum in possessione, vel quasi eas concedendi usque ad finem fermè saculi proxime praeteriti, ut ex pluribus documentis resultat.

Si autem ex possessione, vel quasi ab immemorabili continuata, exercendi duntaxat aliquos actus ex praefatis, verè profluit Jurisdictio Ordinaria, et quasi Episcopalis, [illegible] concludi debet, hujusmodi Jurisdictionem integram solidamque revera residere in Capitulo Civitatensi, ut potè quod extitit in possessione, vel quasi per plura saecula usque ad haec tempora continuata exercendi tot, ac tam nobiles, praeclarosque actus Jurisdictionales, quos supra retulimus, omissis pluribus alijs praesertim levioris momenti, ad [illegible] nimiae prolixitati; quemadmodum optime in his terminis firmavit Rota coram Falcon. de offic. Ordinar. decis. 124. num.
" 12. ibi = Deinde producebantur plures attestationes per

Nobi

» Abbates pro temporali facta. Plurimique alij actus Juri
» sdictionales exerciti per Abbates, eorumque Vicarios Gene
» rales in causis Civilibus, Criminalibus, Matrimonialibus,
» Beneficialibus, tam in foro contentioso, quam respec
» tive ad curam Animarum, et forum poenitentiae, tam
» usu Ecclesiasticarum Censurarum; qui quidem actus tota
» lem includunt Ordinarij Jurisdictionem, ut habetur in
» capite Conquerente = de offic. Judic. Ordinarij =; et
consonat Rota coram Dunoz Jun. et coram Anseldo in
locis supracitatis, et in Marsicen. seu Nullius Jurisdictio
nis super bono Jure 7. Junij 1700. per totum, et signanter
§. Hac quoque omnia cum sequentibus coram bo. mem.
Muto, ubi plenissime expenduntur omnes actus supra
relati.

Hinc igitur semper magis constat quanto cum funda-
mento hanc Jurisdictionem Ordinariam, et quasi Epi-
scopalem penes Capitulum Civitaten. agnovit atque
probavit toties allegatus celeberrimus Fagnanus in dic
to cap. Cum Fraternitatis de Clericis non residentibus
à num. 6. usque ad finem, omnino videndus, et perpen
dendus: eademque Jurisdictio tam ex relatione a
Card. de Aragonia facta Clementi VIII. sub die 20.
Februarij 1596. in causa vertente super praeceden
tia inter Capitulum Civitaten. et Utinen. quam etiam
complurium Patriarcharum testimonio manet compro
bata, et insuper illustrata multorum fide probatissimo
rum historicorum, quorum omnium loco satis modo
erit proferre Martinierem, qui in suo Dictionario Geo
graphico recens summo labore, ac delectu composito
de Capitulo Civitatense sub verbo = Cividal = ita loquitur

Idio

» idiomate Italico quod Latine redditum sic se habet = Capitulum
» componitur ex quadraginta Canonicis, qui conferunt eun-
» dem numerum beneficiorum Curatorum in Civitate, et
» Pagis adjacentibus, quorum aliqui sunt extra Ditio-
» nem Reipublicae, ubi hoc Capitulum exercet Jurisdictio-
» nem spiritualem, et quasi Episcopalem, et quorum ali-
» qui ejusdem Capituli Jurisdictioni temporali sunt subjecti,
» eorumque est Dominus. Die Epiphaniae Domini Diaco-
» nus compareat ad Missam solemnem cum Dalmatica cum Ense per manum, et cum Cristata
» Galea in capite, in signum Jurisdictionis spiritualis,
» et temporalis ipsius Capituli = &c

Nec omittendum est referre, quod Capitulum Civitatense a Patriarcha Hermo Barbaro fuerit invitatum ad celebre Concilium Provinciale ab ipso coactum, et quod a Serenissima Republica fuerit excitatum, ut Canonicos ablegaret, uti ablegavit ad Concil. Generale Basiliense, ut constat ex Ducali diei 12 Januarij 1430; unde pariter emicat quasi Episcopalis Jurisdictio favore ipsius Capituli ad quam contutandam plura a suprema Potestate ejusdem Reipublicae diversis temporibus emanarunt favorabilia Decreta.

Favorabilia quoque complura emanarunt Decreta a Serenissimis ArchiDucibus, et Imperatoribus Domus Austriacae pro defendenda, et protegenda Capituli possessione, vel quasi exercendi dictam Jurisdictionem Ordinariam et quasi Episcopalem, inter quae fuit mandatum ArchiDucis Ferdinandi datum Oeniponti die 21 mensis Maij 1526. Resolutio ArchiDucis Caroli data Graecij die 26 Novembris 1589; Resolutiones Imperatoris Ferdinandi II. videlicet data Graecij in consilio die 28 Octobris 1630; et data Viennae die 9 Aprilis 1631,

nec non

nec non bina alia data Cracij eadem die vltima die mensis Maj dicti anni 1651. quas subsecuta fuit Resolutio Imperatoris Ferdinandi III. lata Ebersdorffij die 16. Septembris 1651.

Imperator Leopoldus, cum ei fuisset pro parte ipsius Capituli supplicatum, ut manuteneretur in pacifica possessione, vel quasi exercendi dictam Jurisdictionem, praevijs plenissimis et accuratissimis informationibus super eadem Jurisdictione capis, additisque opinionibus Primi Consilij et Regiminis Liuoniae, aliorumque Repraesentantium, habenit ad resolutionem latam Cosovij die 28. Augusti 1659. ad aliam latam Ebersdorffij die 22. Septembris 1661. et ad 3.am latam Vienna die 10 Decembris ejusdem anni, ac etiam amplissimo Diplomate suo manu subscripto die 10. Septembris 1698. in quo praefata resolutiones continentur, et plures Bulle Pontificiae, decrevit Capitulum ipsum libere et absque ullo impedimento uti, frui, ac gaudere debere dicta sua Jurisdictione quasi Episcopali in partibus Superioris Amplety, et Idriae Inferioris, atque idipsum statuit Imperator Carolus VI. in Diplomate a se subscripto die 28. Junij 1719.

Cum ex praemissis concludentissime maneat comprobatum ad Capitulum Carniense pertinere ordinariam, et quasi Episcopalem Jurisdictionem, eamque profluere ex verbis clarissimis Bullarum Summorum Pontificum de unione plenaria, et subjectione Ecclesiarum, nec non ex possessione, vel quasi, in qua Capitulum, non jam ab immemorabili solummodo, vel a centum annis, sed a pluribus saeculis reperitur, exercendi quamplurimos, gravioresque, ac nobiliores actus ejusdemmet Jurisdictionis: Nunc tandem

statuen

statuendum est an idem Capitulum accenseri possit, vel debeat alicui, et cui ex sub initio relatis, et expositis tribus speciebus Praelatorum Episcopo Inferiorum.

Verum res quo ad hoc punctum videtur jam esse penitus confecta; siquidem stante certa notitia differentiae, quae reperitur inter dictas tres species Praelatorum Inferiorum, ac stante pariter clara notitia conditionis, et qualitatis cujus est Jurisdictio Ordinaria dicti Capituli, omnino statuendum est ipsum non posse accenseri tertiae speciei Praelatorum Inferiorum, inde debere accenseri primae speciei, atque necessario accensendum esse secundae speciei eorundem Praelatorum.

Quod dictum Capitulum non possit accenseri tertiae speciei Praelatorum Inferiorum, est adeo certum, et nullus in contrarium ambigendi possit esse locus, sicut ex hactenus deductis, et probatis cuilibet liber manifeste constare: non enim Capitulum Civitatense habet Territorium separatum, nec est Nullius Dioecesis, sed cum omnibus Ecclesijs ei subjectis reperitur in Dioecesi Aquilejensi: et quamvis easdem Ecclesias ita sibi habeat pleno jure unitas, ac subjectas, ut Ordinariam, et quasi Episcopalem exerceat Jurisdictionem in Clerum, et Populum ipsarum Ecclesiarum; remanet tamen apud Patriarcham Jurisdictio Episcopalis in habitu respectu earundem Ecclesiarum, ratione cujus ei competit jus Territoriale, ac Dioecesanum, ut potest quod integrum, et illaesum possit conservari, non obstante, quod ipsa Jurisdictio penes Capitulum residat in actu, et quidem privative ad Patriarcham, ~~quae~~

quae

spectato jure communi, seu regulariter loquendo.

5. Atque dictum est, quod Capitulum Civitatis nunquam praesumpsit praetendere, nec praetendit, quod districtus sua ordinaria, et quasi Episcopalis Jurisdictionis fuerit a Summo Pontifice aureliis distractus, et separatus a Dioecesi Aquilejensi, seu quod in eodem Districtu ei competat Jurisdictio ordinaria, et quasi Episcopalis tam in actu, quam in habitu, aut quod in eodem Districtu possit exercere eandem illam magis amplam, et plenariam Jurisdictionem, quam possunt exercere, et exercent Praelati Nullius Dioecesis in eorum Territorijs separatis, prout medium ex dictis potest colligi, et ex infra dicendis amplius patebit.

6. Sicut autem certum est non esse Capitulum Civitatis de tertia specie Praelatorum Inferiorum, est etiam aeque certum illud non debere referri ad primam eorundem Praelatorum speciem, quae ut dictum est, potissimum consistit in exemptione passiva; et quamvis in hisce quoque Praelatis considerari debeat aliqua Jurisdictio activa, ea tamen exerceri non potest, nisi respectu personarum alicujus certi generis: Nam dictum Capitulum, praeterquamquod possidet Ecclesias exemptas a Jurisdictione Patriarchali quo ad actum, et exercitium, spectato jure communi, ac regulariter loquendo exercet etiam ordinariam, et quasi Episcopalem Jurisdictionem in totum Clerum, et Populum earundem Ecclesiarum, quae constituunt adeo amplum Districtum, ut aequivaleant cuidam integrae Dioecesi. ~~Dioc~~

7. Debet igitur ut dictum est, necessario inferri, quod ipsum Capitulum sit de secunda specie Praelatorum Episcopo

Infe

Inferiorum, et quidem de illis, quorum Jurisdictio non
est coarctata ad aliquos duntaxat actus particulares;
sed, spectato jure communi, procedit indefinite: sup-
posita autem hac veritate velut innegabili, ac omni-
no infallibili, sicut reapse talis est, pro quasi inne-
gabili, et infallibili Regula est tenendum, quod quemad-
modum Patriarchae omnino privative ad Capitulum per-
tinet exercere in toto Districtu Ordinariae, et quasi
Episcopalis Jurisdictionis Capitularis omnes ac singulos
actus, tam ut sic dependentes a Potestate Ordinis Episco-
palis, quam quomodocumque ad eandem Ordinis Potestatem
referribiles, etiam ex sola laudabili catholicae Eccle-
siae consuetudine, seu destinatione; nisi quoad aliquos,
vel omnes hos potestionis actus, extet, vel praesumi possit
sit extare Privilegium Apostolicum favore Capituli:
Ita Capitulo priorum privative ad Patriarcham perti-
neat, et pertinere debeat, exercere in toto Districtu
Ecclesiarum eidem Capitulo pleno jure unitarum, et
subjectarum, omnes, ac singulos actus quomodocumque
dependentes a potestate jurisdictionis Ordinariae,
et quasi Episcopalis, seu qualitercumque referribiles ad
eandem Potestatem Jurisdictionalem; exceptis dun-
taxat illis, quos Patriarcha potest in dicto Districtu
exercere, vel cummulative, vel privative ad ipsum
Capitulum, vigore quorundam Decretorum Concilia-
rium, et Constitutionum Apostolicarum, seu Reso-
lutionum, et Declarationum Sacrarum Congregationum
aut Concordiarum, vel quorumcumque aliorum legitimo-
rum titulorum limitantium Regulam stantem pro
Capi-

Capitulo.

In eo autem hujus Regulæ consistit ratio, quod sicut [illegible] ideo stare deberet pro [illegible] in iis quæ respiciunt potestatem Ordinis Episcopalis, quia manifestum est, in [illegible], et non in Capitulo, reperiri Ordinem Episcopalem: Ita eadem Regula ideo stare debet pro Capitulo in iis quæ dependent a potestate Jurisdictionis Episcopalis, quia pariter manifestum est, ac [illegible] ex [illegible], quod non in [illegible], spectato jure communi, et regulariter loquendo, sed in Capitulo [illegible], reperitur Jurisdictio Episcopalis, seu [illegible] quod autem per jus [illegible] [illegible] totius Districtus Ecclesiarum eidem Capitulo pleno jure unitarum.

Pro vitanda confusione, reservato sibi ad alium locum magis opportunum illas considerationes ac reflexiones, quæ primam dictæ regulæ partem tangere possunt, undique tota inspectio vertetur circa alteram ejusdem Regulæ partem, cujus veritas non solum deducitur ex tot supra cumulatis juribus, et rationibus ad favorem Capituli, sed etiam expressis verbis stabilita fuit, et firmata per Fagnanum in [illegible] cap. Cum Fraternitatis de Clericis non residen. semper ibi loquendo in terminis individuantibus Capitulum Civitaten. a num. 6. usque ad finem.

Principalis autem inspectio pro Capitulo Civitatensi facienda super secunda parte dictæ Regulæ firmata tanquam juri, ac rationi omnino consona, ea est, quod Capitulum, pro quo stat Regula, intentionem habeat ad sui favorem in jure fundatam exercendi in toto suo Districtu omnes, et singulos actus Jurisdictionis Episco-

palis

polis, seu quasi, qui non sint aliquo ex memoratis titulis
expressè reservati Parochiae, de qua reservatione debet
plenè constare.

Itaque, si dubium foret, num isti, vel illi actus particu-
122 lares cadant sub aliqua reservatione, seu exemptione, quae
praetenderetur à Curia Cathedrali, potior foret conditio
capituli, pro quo stat regula, ipsum eximens ab onere
probandi, et transferens illud in eandem Curiam Ca-
thedralem, quae probare deberet, quod casus su-
per quibus verteretur dubium, sint excepti à regula
stante pro Capitulo, ut optimè advertit Gloss. in Rubric.
de Regul. jur. argum. cap. ad decimas de restitut.
spoliat. in 6. juncta l. ab ea. 5. ff. de probat.

Hinc communia illa axiomata = Regula servandum
est, donec contrarium probetur = arg. cap. final.
de restitut. spoliat. = Regulae inhaerendum est, do-
nec de fallentia constet = Barbos. tract. 3. quia
cap. cit. num. 94. = Ratio semper ex regula for-
tissima est = Navarr. lib. concil. 7. de sepult.
= Qui habet regulam pro se, dicitur fundatum jus
certum = Bartol. in l. 2. ff. si quis in jus voca-
tus. Decius, et alij = Regulae sunt tenaces, a
quibus in dubio recedendum non est = Barbos. loc.
cit. num. 45.

Nec obstat, à Canonistis communiter doceri, quod Epi-
scopus habeat jus assistentiam super toto territorio
ejus Dioecesis cum omnes Ecclesiae inferiores a Ca-
thedrali dependeant, cap. dilectus, de capellis mona-
corum, Abb. in cap. audientiam num. 8. de Ecclesiis

aedif.

adsistit. versic. item; Quod igitur Capitulum Civita-
tense est in territorio Diocesis Aquilejensi, non
Capitulum, sed Patriarcha debebit juris assistentiam ex-
pedire, jus non alteri assistit, quam Episcopo in ijs, quae
concernunt munus Episcopale, ut tradit Cit. Abb. in
cap. Auditis, num. 27. de praescript.

Nam ea Canonistarum doctrina procedit duntaxat fa-
vore Episcopi adversus illos Episcopo inferiores, qui
revera, non habent titulum clarum jurisdictionis Or-
dinariae, et quasi Episcopalis, sed stante aliquo tit. co-
lorato, vel dubio, aut ambiguo vellent se tueri contra
Episcopum sub praetextu alicujus praescriptionis quoad
exercitium aliquorum actuum dependentium ab Epi-
scopali potestate jurisdictionis, in quibus casibus, aliisq.
similibus certum est juris assistentiam stare pro
Episcopo, qui tradi debet manutentus in sua possessio-
ne, vel quasi, exercendi actus suae jurisdictionis, respe-
ctu quorum praetenditur praescriptio, donec praetendens
praescriptionem concludenter eam probaverit tanquam
sufficientem, et canonizatam per tres sententias;
vel per unam a qua non fuerit appellatum ab Episco-
po, Pignatell. consult. 26. num. 25. tom. 2. Rota coram
Zarat. decis. 10. num. 19.; et coram Muniz. Jun. decis.
457. num. 8. et in Reatina Jurisdictionis 17 Decembris
1708. §. Hoc coram Card. Scoto. et in Valben. seu ...
monen. Jurisdictionis super manutentione 11. Ja-
nuarij 1714. §. Probata, et seqq. coram Card. Falconer.

Nunc tamen scio procedere in hoc statu, quod Episco-
pus habeat juris assistentiam sibi fundatam in jure

intentionem

intentionem, contra eos Prelatos Episcopo inferiores, qui
cum in ipsius Episcopi Diocesi existentes, ad quos ex
titulis omnino claris, et undequaque manifestis,
pertinet Jurisdictio Ordinaria, et quasi Episcopalis
in tota sua latitudine, non alio tenentur quoad
aliquos particulares actus; quia hujusmodi Prelati
veniunt ipsimet sub appellatione Episcoporum, ac
considerantur tanquam Episcopi, quoad ea, quae con
cernunt potestatem solius Jurisdictionis Episcopalis
ut idem in proposito observant Possevin. in cap.
Cum ex eo de excess. Prelat. in 6. num. 22, et seqq.
Fagnan. in Capite Cum Fraternitatis de Clericis non
resident. num. 16. et seqq. ubi loquitur in puncto
individuante Capitulum Civitatis, Ventrigl. in prax.
part. 2. Annotat. 19. §. unic. num. 43. Navarr.
in summa. Barbos. part. 1. comment. 124. num.
1. Pilat. decis. Pontific. lib. 2. num. 41. Rota
coram Falconer. de offic. Ordinar. decis. 20. num.
13. et seqq.

Nec etiam valet replicare quod, tametsi Capitulo Civi-
dali competat ex claris titulis Jurisdictio Ordina-
ria, et quasi Episcopalis in Clerum, et Populum totius
Districtus Civitatensis ei pleno jure subjectorum; ipse
tamen Districtus sit vere in Diocesi Aquilejensi,
ac vere respectu illius Patriarcha conservet ju-
risdictionem Episcopalem in habitu, ideoque non
Capitulum contra Patriarcam, sed hic contra illum
habeat juris assistentiam, seu fundatam in jure

inten

intentionem.

Sic replicare, inquam, non valet. quia simplex jus Terri-
28 toriale, et Diaecesanum, simplexque habitualis Jurisdictio Epi-
scopalis, quae sola, praescindendo à casibus exceptis, de quibus
infra, spectat ad Patriarcham respectu Districtus Jurisdictionis
quasi Episcopalis Capituli; sufficit quidem ad effectum, ut
Patriarcha in eodem Districtu possit exercere plures actus di-
gnitatis, et reverentiae exigendae, ut notant Doctores apud
Ruzzon. Discurs. 467. ubi Dehuis in addit., Dekaeus ad Aroich.
Decis. 711 quos citat, et sequitur Card. Petra tom. 5. ad Consti-
tut. 4. Calixti III. sect. 1. num. 11. ubi prosequitur sic =

» Quod potissime procedit in praesenti, postquam alios
» ex, quae primum habentur ex jure communi, deinde ex sacro
» Concil. Trident.; ac Bullis recentioribus in pluribus casi-
» bus fuit Episcopis Diaecesanis adjudicata potestas in
» ejusmodi Praelatos exemptos, ac loca exempta =

(At nullo modo sufficit ad effectum, ut, respectu actu-
127. um jurisdictionalium in districtu Capitulari exercendo-
rum, habeat Patriarcha juris assistentiam, dã fundatam
in iure intentionem, exceptis casibus eidem reservatis.
Id enim dicere magnum esset absurdum, siquidem fo-
ret idem ac dicere, quod Patriarcha fundatam habeat in
jure intentionem contra expressam, et claram volun-
tatem Summorum Pontificum, qui approbando, et con-
firmando verbis perspicuis Ordinariam Capituli Jurisdi-
ctionem exercendam in Diaecesi Aquilejensi, necessario
habuerunt intelligere, quod ipsa Jurisdictio quoad ac-
tum in tota sua latitudine resideat penes Capitulum
remanente apud Patriarcham sola habituali qui
proinde nequeat se ingerere quoad exercitium, nisi

in

in quibusdam casibus, qui possint, ac debeant intelligi excepti.

Satis jam supraque objecta etiam eluendo firmata veritate,
130 quod non pro Patriarcha, sed pro Capitulo stet Regula generalis de exercendis actibus Ordinariis, et quasi Episcopalis Jurisdictionis in toto districtu Gulleriorum pleno jure ipsi Capitulo unitorum, et subjectorum; quodque per consequens in dubio non Patriarcha contra Capitulum, sed Capitulum contra Patriarcham habeat juris assistentiam, seu fundatam in jure intentionem: ut totus mundus prudens, ac probus sit Judex de illa integra bona fide, qua ipsum Capitulum intendit movere, et semper procedere erga eundem Patriarcham, descenditur ad adinveniendos diligenter, quantum fieri potest, omnes illos casus, in quibus Patriarcha valet exercere in dicto districtu actus Jurisdictionales, vel privative ad Capitulum, vel cumulative cum Capitulo . . . .

Itaque certum est imprimis, quod ad Patriarcham pri-
131 vative ad Capitulum pertineat exercere in districtu Capitulari fere omnes illos actus Jurisdictionales, quos nequidem Praelati Nullius Dioecesis propria tales possunt exercere in eorum Territorijs separatis, quales sunt sequentes, videlicet = facere Monitoriales sub poena excommunicationis pro revelandis rebus deperditis; concedere Indulgentias; dare literas dimissoriales subditis ordinandis pro suscipiendis Ordinibus; Convocare Synodum, pro quo actu praeter Jurisdictionem quasi Episcopalem, requiritur Territorium separatum ac etiam speciale Indultum Apostolicum, et subsecuta Con-

suetudo.

suetudo; extrahere reos ab Ecclesia ob delicta excepta in
Bulla Gregorij XIII. quæ incipit = Cum alias =.

132 Dictum est fere omnes; quia sunt nonnulli actus, quos aliqui
Prælati Nullius Diœcesis non possunt exercere, sed pertinet ad
Episcopum viciniorem privative; et tamen Capitulum Ci-
vitatense potest eorum aliquos exercere, et jus habet
exercendi privative ad Patriarcham. Enimvero si tales
sunt Prælati Nullius Diœcesis, qui non habent jus convo-
candi Synodum, atque carentes Examinatoribus Synodali-
bus, non possunt proponere Edicta, nec examinare, nec
œconomos deputare, nec concedere institutionem aucto-
rizabilem, seu committere curam animarum, ut tradit
Card. Petra tom. 5. ad constit. 4. Callisti III. num. 136.
et seqq. omnino videndus.

Quoad ejusmodi actus autem respectu Patriarchæ, et Capi-
133 tuli, res ita se habet, quod ad Patriarcham privative
ad Capitulum habita hujus intimatione de facienda
per ipsum Collationem vacantis Vicariæ Curatæ dicta
die Capitulariter stabilita pertineat Sacerdotes concur-
rentes examinare, et pro cura approbare, dando litteras ad
Capitulum directas de sequuto eorum examine, et ap-
probatione Synodali iuxta formam, et tenorem expres-
sum in citatis litteris Coadjutoris Francisci Barbari ad
Vicevicarium Generalem de Aveonis datis sub die 9.
July 1587.

Ad Capitulum verò privative ad Patriarcham pertinet propo-
134 nere Edictum concursus, in quo sit determinata dies de
facienda Collatione, seu deputatione; de novo examina-
re approbatos à Patriarcha; deputare Vicarium per plu-
ralitatem votorum; eidemque concedere institutionem
auctorizabilem, seu committere curam animarum;
et præterea ipsi quoque Capitulo privative ad Patriarcham
pertinet deputare œconomos pro tempore vacantium

Vica

vicariorum Curatorum.

135 Loquendo modò de illis actibus Jurisdictionalibus, quos Prelati Nullius Diaecesis possunt exercere privativè ad quemcumque Episcopum in eorum Territorijs separatis; ast tamen Capitulum Corinaldij non potest in suo districtu exercere privativè ad Patriarcham; imò ad hunc pertinet, illos exercere privativè vel ad Capitulum, vel cumulativè cum Capitulo; fatendum est ut infra, videlicet quod ad Patriarcham privativè ad Capitulum pertineat dispensare super denuntiationibus Matrimonialibus: approbare Sacerdotes quoad ministrandi Sacramento poenitentiae: dare licentiam publicandi Indulgentias, et Bullas, nec non concionandi, administrandi Sacramenta Confirmationis, et Ordinis, aliaque Pontificalia exercendi in dicto Districtu Capituli: Conferre Vicariatum Patriarchalem, ac etiam Canonicatus in Mensibus Ordinarij; item Scolasticariam, et Custodiam vi citatae Conventionis initae cum Patriarcha de Monte Longo.

136 Procedit ad Patriarcham, seu ad ejus Vicarium Generalem privativè ad Capitulum pertinere exequi dispensationes Matrimoniales; quia ex Dataria solent dirigere ad Prelatos inferiores primae et secundae speciei. Insuper ad Patriarcham pertinet privativè ad quemcumque Episcopum dare Oleum sanctum pro toto districtu Capituli; et Capitulum tenetur idem Oleum accipere à Patriarcha privativè ad omnem alium Episcopum.

137 Quae causae criminales pertineant ad Patriarcham privativè ad Capitulum ac quae pertineant ad Capitulum privativè ad Patriarcham desumitur ex allegata Concordia inita inter Patriarcham Franciscum Barbarum, et Capitulum, in qua respectivè dictarum causarum

Species

species fuerunt divisæ: in ipsa quoque Concordia expressum fuit, ubi Patriarcha competant privativè ad Capitulum causæ Matrimoniales, et ubi haberent cummulativè respectu ipsius Capituli.

Is autem est effectus cummulativæ Jurisdictionis, quod detur locus præventioni; ideoque in casu quo Capitulum præ-
1158 venit Patriarcham in cognitione causarum Matrimonialium, ab ipsaque quarum habet cummulativam non potest amplius Patriarcha se immiscere; sicque ejus Jurisdictio quiescit, velut exclusa per Capituli præventionem, vi cujus in eodem Capitulo censetur consolidata tota Jurisdictio, argumento cap. penult. de foro compet. l. si quis posteà ff. de judic. Antonell. de regim. Eccles. lib. 3. cap. 3. num. 9. cum aliis apud Speciali Decis. 4. num. 4. Tom. 1. Ponimel. Decis. 17. annot. 1. num. 14. et Annot. 3. num. 18.

Quod demum Ecclesiarum visitationem concernit, negari non potest, quod jam vis ante Concil. Trid. hujusmodi jus pertinuerit ad Capitulum privativè ad Patriarcham ut fuit declaratum in supracitata Sententia Rotali coram Superio; post ipsum Concil. tamen tale jus non aliter pertineat ad Capitulum, quam per modum communionis, quæ non inducit exclusionem per ullam præventionem; nam idem Concil. postquam sess. 24. cap. 11. de refor. decrevit Inferiores habentes jus visitandi prius esse approbandos ab Episcopo, immediatè subjungit = sed non ideo Episcopus, aut eo impedito ejus Visitator easdem Ecclesias, locorum ab his visitare prohibeantur =

Potest igitur Patriarcha eas omnes Ecclesias visitare, quas potest Capitulum, et quidem cum jure aliquo, et prærogativa potiori supra Capitulum: Cum enim Visita-

tores

tores, seu Archidiaconi Capitulares, non prius possint Eccle-
sias visitare, quam post obtentam approbationem a Patri-
archa; et cum ipsi visitatores, ut cit. loco praescribit Concil.
teneantur infra mensem rationem reddere eidem Patri-
archae de peracta visitatione, ac integra acta exhibe-
re; profecto debet inde inferri, quod Capitulum sit su-
bjectum Patriarchae respectu visitationis suarum Eccle-
siarum, non quidem in hoc sensu, quod non aliter pos-
sit visitare, quam dependenter, et arbitrio Patriar-
chae, nam posse qui et justitia tenetur toties quo-
ties approbare visitatores Capitulares, nisi contra
eos militet inhabilitatis exceptio; sed in hoc
sensu quod acta Capitularis visitationis sint obno-
xia praefatae redditioni rationis.

14. Id autem ea ratione fuit a Concil. Trid. praescriptum
respectu Praelatorum Episcopo inferiorum, quibus
Capitulum est accensendum; quia hujusmodi Prae-
lati sunt Episcopo subjecti, ut tradit Lotter. de Re
Benefic. lib. 1. Quaest. 25. num. 51, et 52. ibi
= Quia nimirum isti solum habentes jus visitandi
dicuntur Episcopo subjecti =

Praefata itaque Conciliaris dispositio, ob rationem
contrariam locum sibi non vindicat in Praelatis Regu-
laribus habentibus jura Episcopalia; nec etiam
sibi locum vindicat in illis Praelatis saecularibus,
qui habent solida jura Episcopalia usque ad ea, quae
ordinem Episcopalem tangunt, quales sunt Praelati
nullius Dioecesis, ut prosequitur idem Lotter. loco cit.
num. 53. et seqq.

Verba

Unde infertur, quod, si Decreta facta in Visitatione
a Visitatoribus Capitularibus sunt contraria Decre-
tis à Patriarcha factis pariter in Visitatione, non il-
la, sed hæc debeant executioni demandari; quia Pa-
triarchæ prærogativa est potior; et ob hanc ip-
sam rationem, si Decretum Patriarchæ concordat
cum illo Archidiaconi, seu Visitatoris Capitularis
executio pertinet ad ipsum Patriarcham, ut docet idem
Lotter loco cit. num. 42., et bene confirmant tradita
per Joann. Andream in Addit. ad Speculum. de
~~[illegible]~~ execut. in Rubric. Oldrad. Consil. 6. et Const.
ibi ~~[illegible]~~ Nulli ergo dubium, Mandell. Alba Con-
sil. 188. num. 11, et 14. lib. 1.

Ex jam jam dictis satis constat, quando, quomodo, et
qualiter pro parte Patriarchæ possit excipi contra Regu-
lam pro Capitulo stantem in puncto exercendi Juris-
dictionem Ordinariam, et quasi Episcopalem in toto di-
stricto Ecclesiarum eidem Capitulo pleno jure subjectarum
privative ad Patriarcham Aquilejensem. Si tamen ali-
quis, vel aliqui actus memoriam extarent, qui ad Patri-
archalem Jurisdictionem in eodem Districtu pertinerent, vel
privative ad illum vel cummulative cum Capitulo de-
siderandum foret ut allegarentur, et producerentur ea juris
fundamenta quibus concludenter maneret probatum, et osten-
sum illos actus non cadere sub regula stante pro Capitulo,
sed esse obnoxios exceptionibus pro eadem Curia Patriarcha-
li militantibus contra ipsam Regulam; sic enim magis ma-
gis adstruit veri firmitas, Regulæ pro Capitulo stantis, quia
exceptiones declarant Regulam, eamque firmant in contra-
rium

rium sui casibus non exceptis, l. ne eo. ¶. de testibus.

Desiderandum inquam foret, et alegere rum ea prohibeatur nisi 75 si illi casus seu actus qui ultra praemissos praetenderentur excepti a Regula stante suo titulo. Ille enim nihil plus cordi habet quam se continere adamussim intra sua potestatis jurisdictionalis limites, eosque nec in re minima transgredi in praejudicium potestatis Patriarchalis, quam semper hactenus fuit veneratum, et in posterum quoque singulari venerabitur obsequio. Verum impraesentiarum nullus alius actus occurrit imaginationi, qui in materia Jurisdictionali competat exercenda in Districtu Capituli, et non cadat sub aliqua ex praedictis exceptionibus Regulam limitantibus pro Patriarcha.

Ex hactenus fuse deductis dilucideque demonstratis, pro non minus recognoscenda differentia et Jurisdictione Praelatorum Episcopis inferiorum in genere, quam pro comprehendendo regula vera, ac identica qualitate Jurisdictionis Ordinariae, et quasi Episcopalis pertinentis individualiter ad Capitulum Civitatensem cum omnibus, ac singulis exceptionibus seu fallentiis eandem Jurisdictionem limitantibus; jam satis comprobata videtur data in forma Consilii responsio, ad ipsum nempe Capitulum pertinere jus privativum concedendi licentias de aedificandis novis Ecclesiis in Districtu suae Ecclesiasticae Jurisdictionis, quin Patriarchae Aquilejensi ullo modo liceat se opponere hujus Capituli juris exercitio, aut se ullatenus ingerere quoad concessionem hujusmodi licentiarum, nisi, servatis de jure servandis, id fiat in ejus visitatione, vel in casu supplendae negligentiae

Capi-

Capitulo.

47 Nam, si non potest negari, sed fateri est necesse quod ad Capitulum Civitatem infallibiliter pertineat exercere Jurisdictionem Ordinariam, et quasi Episcopalem in toto Districtu Ecclesiarum ipsi pleno jure unitarum, et subjectarum, omnino privative, ad Patriarcham, exceptis duntaxat aliis casibus, in quibus eidem Patriarchae competit exercere potestatem Jurisdictionalem, vel privative, vel cumulative cum Capitulo.

48 Si etiam fateri oportet, quod Concessio Licentiarum aedificandi Ecclesias nullo modo dependeat a potestate Ordinis Episcopalis, nec ad eam ullatenus sit referibilis, sed unice dependeat ab Ecclesiastica Ordinaria potestate Jurisdictionali, ut unanimiter docent omnes Theologi, et Canonistae, et signanter tradit Cardinalis Deluca in Miscellan. discurs. 30. num. 18. et Card. Petra tom. 1. ad Constitut. Paschalis II. num. 24. et 64. in fine Ricardus in prax. Vicar. Capitular. pag. 141. num. 15.; ideoque hujusmodi licentias dare potest etiam Vicarius Capitularis Episcopali sede vacante, ut saepius firmavit Rota, et praesertim coram Falconer. de Offic. Ordinar. decis. 19. num. 7. et decis. 30. num. 4.

49 Profecto nequit non necessario inferri, claram, et evidentem esse datae responsionis veritatem; quin ei ullatenus obstet, quod ad mentem Concil. Trid., et etiam Sacror. Canon. pro Ecclesiarum aedificatione requiratur licentia Episcopi ut docent communiter Canonistae in eorum Comentariis ad titulum de Ecclesiis aedificandis et late Barbos. de potestate Episcopi parte 2. allegat. 26., et de jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 2. Bellet. disquisit. Clerical. parte 1. tit. de Clerico debitore §. 15. Ugolin. de Offic. Episc. cap. 28. Tambur. de jur. Abbat.

Abbat. tom. 1. Disput. 23. Quest. 7. Silva de Benefic. part. 1. Quest. 6. Fuscus de Visitat. lib. 1. cap. 10. Azor. Institut. moral. part. 2. lib. 9. cap. 13. Quest. 4. Pax Jordan. Elucubrat. Canon. tom. 2. lib. 5. tit. 8. Ventrigl. in praxi rerum notabilium tom. 2. Annott. 17. § 1. Amostaz. de causis pijs lib. 5. cap. 2. Franceschi. de Eccles. Cathedral. cap. 17. Murga ad constitut. Apostolicas Constit. 2. num. 25. et 26...

Hancque communem Canonistarum sententiam saepius firmavit Rota, et praesertim Decis. 337. num. 15. part. 10. recent. et decis. 124. 289. et 309. parte 12. et Decis. 165. num. 1. et seqq. parte 16. quae decisiones, nonnullas procedunt de licentia ab Episcopo danda pro aedificatione Ecclesiarum tam saecularium, quam Regularium circa jus commune, ex citatis juribus: et in terminis concedenda per Episcopum licentia de aedificanda Ecclesia saeculari loquitur ejusdem Rota Decis. 847. coram Seraphin. et Decis. in Romana aperitionis Oratorij 15. Aprilis 1698. § constat coram Emeria quae est post Antoll. de juribus Clericor. Decis. 12. et inter impressas 1243. et Decis. 17. post dictum Antonell.

Et revera ista sententia innititur pluribus sacris Canonibus, in quibus reperitur expresse cautum, non licere alicui Ecclesiam construere sine licentia, et permissione Episcopi seu Ordinarij, id enim praescriptum fuit in Canon. Nemo, in can. Si quis etiam, in Canon. Placuit, de consecratione Dist. 1. in Can. Quicumque causa 16. Quest. 1.; ac etiam cautum fuit neque Monasterium alicujus Religionis sine Episcopi licentia posse construi, ut in can. de Monachis, can. Quidam Monachorum, caus. 18. Quest. 2. et alibi, ac praesertim in Cap. 4. de Privilegijs in 6.

Immo ab ipsismet Legibus Civilibus fuit requisitus Episcopi con-
132 sensus pro novarum Ecclesiarum aedificatione, ut in Auth.

Aut.

auth. Ut Nullus fabricet Oratorij domos praeter voluntatem Episcopi, uti Cujatius, et Julian. Patritius in Constit. 61. advertunt, et in auth. de Eccles. §. si quis autem collat. 9. et auth. de Monachis vers. Illud agitur collat. 1, et etiam in Capitularibus Caroli Magni refert Thomasin. de Benefic. par. 1. lib. 2. cap. 95. per tot., et praesertim num. 6. et Van-Espen jure Eccles. Univ. part. 2. tit. 16. cap. 2.; inter quas legum Civilium praescriptiones valde luculenta est illa, quae
" in Novel. 66. expressa est his verbis = Sancimus pro omni
" bus illud fieri, et nulli licentiam esse, neque Monaste
" rium, neque Ecclesiam, neque Orationis domum inci
" pere aedificare antequam Civitatis Deo amabilis Eps
" orationem in loco faciat, Crucem figat, publicum pro
" cessum ibi faciens, et causam manifestam omnibus
" statuens =.

Nullatenus inquam obstant veritati datae responsionis jura praeadducta, et tot Doctorum assertiones, quia Concil. Trid. sacri Canones, et tam allegati, quam allegabiles Doctores quicumque non considerant in Episcopo Potestatem ordinis Episcopalis, quo ad effectum dandi licentiam de novis Ecclesijs aedificandis, sed considerant dumtaxat Potestatem Jurisdictionis, à qua solummodo dependent hujusmodi concessiones, et licentiae, ut supra fuit dictum, ac evidenter demonstratum, semperque magis clarius potest unicuique patere ex ijs, quae tradit Card. Petra tom. 1. ad Constit. 2. Paschalis II. num. 24. ibi = Et ratio praecipua est, quod
" hujusmodi licentia [videlicet de aedificandis novis Eccle
" sijs] dependet ab actu Jurisdictionis, quam quis habet
" in territorio, proinde requiritur licentia Episcopi Ju
" risdictionem habentis, qua habita, implicat, ut etiam
" ex eadem causa Jurisdictionis, requiratur licentia loco

Ordi-

" siccodi, cum duo capita nequeant esse in eodem corpore, et inde quotiescunque Iurisdictio Episcopalis seu quasi reperitur in Prelato inferiore Episcopo manet sineri satisfactum menti, ac intentioni Sacrorum Canonum, et Concilij Tridentini, Canonistarumque Communis doctrinae satis verificatur per solam licentiam à cujusmodi Prelato concedendam de aedificandis novis Ecclesijs in Districtu sua Ordinaria Iurisdictionis Ecclesiasticae; quia etiamsi talis Prelatus revera non sit Episcopus, velut careas Ordine Episcopali, et propterea ab eo dependeat, quoad effectum tamen eorum actuum qui unicè dependent à Iurisdictione Episcopali, seu quasi, qua potitur, eamque habet in actu, et quoad jus exercitij, consideratur tanquam Episcopus, ut recte in proposito observant Doctores communiter, et signanter Ventrigl. in prax. par. 2. Annotat. 19. §. unic. num. 41. Navarr. in Summar. Bullar. par. 1. Comment. 124. num. 1. et saepius firmavit Rota praesertim coram Pakoner. de Offic. Ordinar. Decis. 20. num. et seqq.

Si ergo Capitulum Civitatis habet Iurisdictionem Ordinariam, et quasi Episcopalem in toto Districtu Ecclesiarum ei pleno jure unitarum, et subjectarum, et quidem privativè ad Patriarcham, spectato jure communi, et regulariter loquendo, profecto ad ipsum Capitulum pertinet dare licentiam aedificandi novas Ecclesias in dicto suo Districtu, et quidem omninò privativè ad Patriarcham. Cum idem Capitulum quoad ejusmodi licentiam, velut unicè dependentem à Potestate Iurisdictionis Ordinariae, vere veniat nomine Episcopi, vereque fungatur vice Episcopi, juxta tradita per Abb. Consil. 89. num. 1. par. 1. Iusc. verb. Ecclesia Conclus. 23. vers. amplia quia si Abbas. idque tenuit Rota signanter autem coram Pakoner. de Offic. Ordin. Decis. 19. num. 7. et decis. 20. omnino videnda, et per

tran

perpendenda, ubi agendo de Archidiacono de Briviesca haben-
te Jurisdictionem Ordinariam sine Territorio separa-
" to. num. 8. loquitur hisce formalibus = eidem solum-
" modo competebat facultas concedendi licentiam ædifi-
" candi novam Ecclesiam in Villa de Ezcaray, tanquam in lo-
" co indubitanter suæ Jurisdictioni subjecto =

Quamobrem nullam debent in contrarium ingerere speciem,
seu dubium movere assertiones illorum Doctorum, qui vi-
dentur absolutè docere, ad solum Episcopum Diœcesanum
pertinere concessionem licentiæ de ædificandis novis Ec-
clesiis in tota sua Diœcesi, inter quos ipsemet Card. Petra
" cit. loco num. 13. hæc habet = Et in pluribus juribus Ca-
" nonicis cautum reperitur, non licere alicui Ecclesiam
" construere sine licentia, et permissione Episcopi Diœce-
" sani, in cujus Parochia, seu territorio construi debet =
Quo loquendi modo complures alij Canonistæ utuntur.
Cum vero in Diœcesi Aquilejensi in qua reperitur tam ma-
terialiter, quam formaliter Capitulum Civitaten cum in-
tegro Districtu Ecclesiarum ei subjectarum, solus Patri-
archa sit Episcopus Diœcesanus; videtur descendere in con-
sequentiam, quod ad ipsum solum pertineat concedere li-
centias ædificandi Ecclesias pro quocunque Districtu ejus-
dem Diœcesis, ideoque etiam pro Districtu subjecto Juris-
dictioni Ordinariæ Capituli Civitaten.

Nam Doctores docentes ad Episcopum Diœcesanum pertinere
concessionem ejusmodi licentiarum, loquuti fuerunt in sup-
posito, quod omnes districtus Diœcesis sint immediate su-
bjecti Episcopo; neutiquam vero in supposito quod ali-
qui Districtus Diœcesis sint immediate subjecti Prælatis
inferioribus habentibus in eisdem Districtibus Jurisdictio-

nem

nem ordinariam, et quasi Episcopalem, siquidem ipsimet
tales Prælati veniunt nomine Episcoporum respectu suo
rum districtuum quoad concessionem præfatarum licentia
rum, ideoque possunt etiam appellari Diœcesani, non quidem
in sensu vero ac proprio, bene tamen in sensu ficto, et im
proprio, ut recte observat laudatus Card. Petra tom. 5.
" ad Constit. 4. Calisti III. sect. 1. num. 15. ibi = Isti autem
" Prælati secundæ speciei improprie, ficte, et intellectua
" liter tantum nuncupari possunt, et de facto nuncupa
" ri solent, Nullius, non tamen proprie sunt tales, quia
" non sunt extra Diœcesim cujuscumque Episcopi = ; ipsa
autem Nullius et ipsa Diœcesanorum sunt convertibilia.
Quodque idem met Card. Petra tom. 1 ad Constit. 2. Paschalis II.
155 sect. 1. num. 3. in præfato sensu, et suppositione locutus
fuerit de Episcopo Diœcesano quo ad concessionem licentia
rum, de quibus agitur, manifeste colligitur ex iis, quæ
habet cit. loco sub num. 34., ubi expresse supponit, quod
Jacobus, de quo loquitur in ordine ad licentiam ædifican
di novam Ecclesiam, non sit alicui Prælato inferiori
immediate subjecto, sed soli Episcopo; ibi enim legi
" tur formula = Proinde requiritur licentia Episcopi
" Jurisdictionem habentis, qua habita, implicat, ut etiam
" ex eadem causa Jurisdictionis requiratur licentia Parochi =
Non igitur adversatur, sed potius favet intentioni Capituli
156 Civitatensi doctrina dicti Cardinalis Petræ, cum ex ejus lo
quendi modo, et præsertim ex adductis ultimis verbis, legi
time possit inferri, quod stante potestate, quæ ipsi Capitulo
innegabiliter pertinet, concedendi licentiam ædificandi Ecclesias
in districtu suæ Jurisdictionis quasi Episcopalis, videatur
implicare, ut talis potestas pro eodem districtu sit penes
Patriarcham; hujusmodi autem implicantia consistit in eo,
quod

quod ad vitandas confusiones, et controversias expediat, ut apud unum, et non apud duos resideat exercitium jurisdictionis Ordinariæ respectu ejusdem loci; ideoque cum veritate potest concludi cum citatis verbis Card. Petra, quod si ex causa Jurisdictionis Ordinariæ Capituli Civitatensis requiritur licentia, ut Ecclesiæ possint ædificari in districtu ejusdem suæ Jurisdictionis debet implicare, quod ex eadem causa Jurisdictionis requiratur licentia conceden da a Patriarcha.

100 Atqueque talem qualem implicantiam satis declaravit, et declarat diuturna plurium sæculorum possessio, vel quasi in qua reperitur Capitulum Civitatense concedendi dictas licentias ædificandi Ecclesias in districtu suæ Jurisdictionis quasi Episcopalis, et quidem privative ad Patriarcham; Constat enim ex pluribus documentis registratis in supradicto Lib. Romano A. nec non ex alijs libris, et Scripturis existentibus in Archivio ejusdem Capituli, quod ab ipso per quatuor sæcula, et ultra, semper concessæ fuerint licentiæ pro ædificandis omnibus illis Ecclesijs, quæ effective fuerunt constructæ in districtu suæ Jurisdictionis, vel exigente necessitate, vel suadente utilitate, seu devotione, quarum licentiarum Catalogus est in promptu, ut in omni casu possit exiberi.

Etsi autem quandoque Patriarchæ in discrimen adduxerint nonnulla Capituli Civitatensis jura: nullus tamen eorum se unquam opposuit facultati concedendi hujusmodi licentias de ædificandis Ecclesijs utpote quam apprime noverant ad ipsum Capitulum pertinere, ideo privative quoad Patriarcham, ut nulla esset ratio, vel prætextus, cui posset inniti contraria prætensio, quam nunc incæperunt excitare; talis autem Patriar

charum

earum scientia, et acquiescentiae vim habuit confessionis super bono jure Capituli, quae, cum sit antiquissima, nequit controverti ad tradita per Burat. Decis. 636. num. 4. Pondut. Quest. Benefic. part. 3. cap. 166. num. 2. Rota par. 1. Recent. Decis. 164. num. 2.

Hic juvat etiam reflectere, quod Episcopus Laurentius in sua Visitatione, quam tanquam Delegatus Apostolicus instituit anno 1585. accuratam notitiam à se qui voluit de omnibus juribus, et consuetudinibus Capitularibus; ideoq. praesumi debet, quod perspectum habuerit etiam jus et exercitium Capituli de dandis licentijs aedificandi novas Ecclesias; contra illud tamen nihil opposuit in ulla ex tot suis Ordinationibus, quae vergebant in praejudicium jurisdictionis, auctoritatis, et praerogativarum Capitularium, ac velut tales fuerunt etiam moderata à Sacra Congregatione Concilij, ad quam à Capitulo fuit habitus recursus, uti constat ex literis Cardinalis de Sens. diei 15. octobris 1585. ejusdem Sacrae Congregationis mandato directis ad Vicarium Generalem Aquilejensem. Unde semper magis inconcussum demonstratur jus, et exercitium Capitulare de concedendis licentijs Ecclesias aedificandi in Districtu suae jurisdictionis privativè ad Patriarcham.

Et sane, si constat Capitulum Civitatense habere potestatem exercendi actus jurisdictionis Ordinariae ac quasi Episcopalis, et quidem notiliores, et praestantiores ut sunt instituere, ac destituere, concedere institutionem auctorizabilem, cognoscere causas criminales, et matrimoniales, visitare Ecclesias, aliaque id genus peragere, eaque peregerit et exercuerit iam a pluribus saeculis usque in praesentem diem, nulla videtur esse ratio quare ipsi Capitulo impediri debeat exercitium aliorum actuum qui respective sunt levis momenti, si eos hactenus semper pacificè, et absque ulla contradictione exercuit. Cum

isti

isti omnes indistincte profluant ab eodem limpido, et claro fonte jurisdictionis Ordinariæ, et quasi Episcopalis, quæ potiti idem Capitulum, constet evidentissime ex ijs, quæ supra relata sunt. ...

Quivis autem debet fateri, quod simplex licentia de ædi-
169 ficando nova Ecclesia aliena sit actus levis momenti in comparatione tot valde graviorum actuum, quos Capitulum per plura sæcula exercuit, et de præsenti pacifice, et absque ulla contradictione exercet; si vero etiam quilibet fateri debet, quod Capitulum semper privative ad Patriarcham concessit ejusmodi licentias; profecto nemo potest esse, qui non etiam fateatur Capitulum nullatenus posse impediri a Patriarcha in hoc suo exercitio. ideoque concludendum est cum Pagnano, qui in capo citato Cap. Dua fraterni de Clericis non residentibus num. 20. loquendo in puncto ipsiusmet Capituli Civitatensis hæc habet = Si infe-
" rior habet Ordinariam Jurisdictionem, debet etiam ha-
" bere hanc facultatem dandi hujusmodi licentias,
" quia illa est Jurisdictionis Ordinariæ, ut dictum est
" et nulla subest ratio diversitatis; imo, si quis habet
" jus instituendi, et destituendi, quod est plus, debet
" habere etiam hoc jus dandi licentias, quod est minus =

Quibus ita sese habentibus scivi nequit cur præsens Eminentis-
[illegible] simus Cardinalis Patriarcha, tanto licentiæ a Capitulo Civitatensi legitime concessa communitati de Valle Soffumbergi, eidem Capitulo Archidiacono responderit, quod quando dicta Communitas ei supplicaverit, et Vicarius Curatus Campitei suas dederit favorabiles informationes, tunc deliberabit de concedenda licentia ædificandi novam Ecclesiam; nullum enim videtur posse excogitari verum ac justum fundamentum, ideo motionem judicandi tanquam illegitimam, aut insufficientem

circa

licentiam à Capitulo iam impertitam.

Habet namque Capitulum Regulam pro se stantem de exer-
166 cendis in suo Districtu omnibus actibus dependentibus
ab Ordinaria Jurisdictione, qua infallibiliter potitur,
habetque proinde juris assistentiam, seu fundatam
in jure intentionem exercendi omnes ejusmodi ac-
tus exceptis duntaxat quibusdam casibus particu-
laribus dictam regulam limitantibus, quae servi-
andae. Igitur, cum certum sit quod actus conce-
dendi licentiam de aedificandi Ecclesiam unicè de-
pendeat ab Ecclesiastica Jurisdictione Ordinaria,
et nullus Canon, nullum Decretum Concilii, nul-
laque Constitutio Apostolica, nel ullus alius titulus
possit allegari vigore cujus concessio ejusmodi licen-
tiarum censeatur esse reservata Patriarchae, ut eam
exercere possit aut privativè, aut cumulativè res-
pectu Capituli; profectò debet necessariò inferri, nul-
lum posse excogitari verum, ac justum fundamentum
seu motivum, cui dicti juris impugnatio innitatur.

Maximè si aspiciatur pacificam, et nunquam controversam
possessionem, vel quasi in qua à quatuor saeculis, et ultra,
reperitur idem Capitulum concedendi dictas licentias priva-
tivè ad Patriarcham; si enim pro acquirenda jure conceden-
di tales licentias sufficit sola possessio quadragenaria cum
titulo colorato, qualem suppeditare possunt diplomata Ponti-
ficia, quamvis non clara, sed dubia, et ambigua, per ea, quae
in fortioribus terminis tradit Cardinalis De Luca de juris-
dic. discr. 12. num. 17. et seqq. et praeeminent. disc. 22.
num. 4. Card. Petra Tom. 2. ad Constitut. 6. Alexandri III.
sect. 1. num. 70. Rota decis. 54. num. 9. et seqq. post im-
bur. de jure Abb. et decis. 21 num. 12. post. 14.
recent. nec non decis. 809. num. 16. et decis. 996. num.
5.

num. 5. et 26. coram Molin: et alibi frequentissime

Multò magis acquiritur dictum jus praescriptione imme-
168 moriali, aut centenaria, ut potè, quae habet vim Pri-
vilegij, et dat meliorem titulum de Mundo, ut
loquuntur Doctores, quos allegat Menochius de praesump.
lib. 3. praesumpt. 131. num. 44. Gratianus Disceptat.
forens. cap. 800. Rota parte 10. Recent. decis. 101 num.
31. et in puncto Gabriel Commun. Conclus. lib. 5. tit. de
praescript. Conclus. 5. per totam, ubi firmat quod con-
trà praescriptionem centenariam non admittitur pro-
batio in contrarium, neque opus est docere de bona fide;
quia sufficit eam allegari; et idem demonstrat Gasper
Anton. Thesaur. Quaestion. forensi lib. 2. Quest. 27.

Si autem pro Capitulo Civitatensi stat non solum prae-
169. scriptio, seu pacifica possessio centum annorum, sed
plurium saeculorum, ut per repetitur, concedendi lic-
tas licentias privative ad Patriarcham: et insuper
stat pro ipso Capitulo titulus clarus Jurisdictionis Or-
dinariae, et quasi Episcopalis, in cujus conspectu, et
conveniendi, neque idem opus est allegare ullam praesump-
tionem, ut late ostendit Papein. de trat. Commun. tom.
3. Quest. 109. art. 10. in specie. 10. Quest. 4. num. 736.
et 737., cum ab eadem Jurisdictione sua sponte,
ac naturaliter profluat jus concedendi tales licen-
tias; semper magis certa videtur esse illatio, quod
ejusdem juris impugnatio nulli possit inniti justo fun-
damento.

Ideoq., Cum Capitulum per probationem luce meridiana
170 clariorem possit demonstrare tam titulum, quam
possessionem, seu quasi, concedendi praefatas licen-
tias privative ad Patriarcham; et istud e contra

nullum

nullum possit ostendere titulum, nullamq. posse siccitem; seu quasi, et ne quidem ullam habeat in jure fundatam intentionem, quae ei valeat assistere; dubitari non potest, quin eidem Capitulo esset in omni eventu decernenda manutentio, uti ita saepè firmatur per totam, et praesertim decis. 51. num. 9. part. 3. tom. 1. de jure ... qua est decisio 447. part. 1. recent. 173

Stante igitur licentia à Capitulo Civitatensi jam concessa Communitati de Valle Soffenbergi, ut possit aedificare novam Ecclesiam, liberè potest illicò devenire ad ejusdem Ecclesiae aedificationem, servatis de jure servandis, videlicet praecedente designatione situs, et impositione primi lapidis, cum sola sequuta capitularis licentia, canonicè loquendo, sit sufficientissima ad praefatum effectum; secus enim jurisdictio Ordinaria Capituli, cujus exercitium non dependet a nutu, et beneplacito Patriarchali, non amplius esset libera, sed redderetur dependens, et famularia contra ejus naturalem nobilitatem. 174

Incidenter potest hoc loco adjici, quod ex irrefragabili jure Capitulo Civitatensi competente concedendi licentias aedificandi novas Ecclesias in districtu suae Jurisdictionis quasi Episcopalis, veniat in consequentiam necessariam jus concedendi etiam sequentes licentias videlicet, demoliendi Ecclesiam, quamvis sit consecrata; reaedificandi Ecclesiam collapsam, seu dirutam tam in eodem loco quam in alio viso magis opportuno; et multò magis ampliandi, et ornandi Ecclesiam existentem; faciendi rupturas in muro, et pavimento Ecclesiae etiam consecratae;

nec non

necnon extruendi nova sepulchra.

Ne autem ejusmodi illatio videatur fuisse facta sine
173 sufficienti ratione, loquendo cumprimis de jure concedendi licentiam pro demolitione Ecclesiæ, etiam consecratæ, supponendum est velut certum, quod sicut concessio licentiæ pro ædificanda nova Ecclesia est actus merè jurisdictionis; sic etiam merè jurisdictionis actus sit licentia demoliendi Ecclesiam, quamvis sit consecrata, quia consecratio non subtrahit illam ab Ordinaria Jurisdictione Capituli, cui est subjecta; igitur si ad Capitulum pertinet privative ad Patriarcham concedere licentiam ædificandi novam Ecclesiam, sic etiam pertinebit concedere licentiam demoliendi Ecclesiam consecratam, in quantum concessio talis licentiæ est simplex actus Jurisdictionis.

Consecratio tamen Ecclesiæ, quæ in vim licentiæ à
174. Capitulo concessæ foret demolienda, objicatur, quod ipsa effectiva demolitio, seu licentiæ Capitularis executio, suspendi debeat, donec, et quousque superveniret profanatio Ecclesiæ demoliendæ, quæ dependet à potestate Ordinis Episcopalis, idque fieri deberet à Patriarcha; quod nihil detrahit jurisdictioni Capitulari; aliud enim est profanatio, aliud demolitio, et stat bene simul, quod profanatio, quæ spectat ad potestatem Ordinis, facienda sit à Patriarcha, cum ejus sit profanare, cujus est consecrare, ut statuit Concil. Trid. sess. 21. de Refor. cap. [illegible]

cap. 7. et docet Surrectem. in con. Placnit de conse- crat. dist. 1. num. 2. Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 1. de Consecrat. Eccles. vel Altaris cap. 5. num. 12. Ricc. in prax. profanat. Eccles. tom. 5. resolut. 2. per tot. in quartum. Nicol. lucubrat. Canonic. lib. 5. tit. 39. num. 257. Pax Jordan. tom. 1. lib. 5. tit. 9. num. 82. Barbos. de jure Eccles. lib. 1. cap. 33. num. 91. Pignatell. Consult. 186. tom. 2. Monacell. in formul. part. 3. in Append. pag. 284. impress. Venet.

175 Quodque nihilominus demolitio ejusdem Ecclesiae consecratae facienda sit vigore licentiae, et Decreti Capitularis ratione ordinariae jurisdictionis, ad quam pertinet actus demolitionis, per ea quae tradunt Gratt. cons. 3. de consecrand. Eccles. tom. 1. Monacellus loc. supracit. Pasqualig. de Sacrific. tom. 1. Quaest. 684. num. 4. Marg. Disquisit. Moral. tom. 1. Disquisit. 3. num. 7., ubi loquens de potestate destruendi Altaria consecrata respectu Praelati Regularis, inquit ex Pasqualig. supracitato, quod, cum talis potestas fundetur in subjectione, potest destruere Altaria Consecrata, sicut potest Episcopus.

176 Dum autem Capitulum Civitatense dat licentiam demoliendi Ecclesiam suae jurisdictioni Ordinariae subjectam; non intendit, Ecclesiam esse demoliendam in vim sui Decreti, nisi posquam supervenit Patriarchalis profanatio, quatenus fuerit consecrata; salva proinde manente auctoritate Patriar

chal

dæ in iis, quæ spectant ad Potestatem sui Ordinis Epi-
scopalis, non videtur, quo pacto negari possit Capi-
tulo legitimum exercitium suæ Ordinariæ Ju-
risdictionis in cæteris, quæ ab eodem fonte Juri-
sdictionis unicè derivant, prout est effectiva de-
molitio, et licentia demoliendi Ecclesiam ejus ju-
risdictioni plenè subjectam, ut patet ex supra fir-
matis.

Maximè quia ita de facto, et per plura sæcula serva-
177. tum fuisse apparet, et constat ex longa serie hujus-
modi licentiarum, quæ in omni occurrentia fue-
runt concessæ à Capitulo absque ulla penitus con-
tradictione Patriarcharum pro tempore; quæ quidem
observantia nunquam interrupta validius confir-
mat jus ejusdem Capituli: ideoque non videtur, ex
quo fundamento possit nunc controverti pro par-
te Patriarchæ talis Capitularis Potestas concedendi
dictas licentias, quam per sæculorum decursum
exercuit sine ulla oppositione; ex notatis in
puncto ipsiusmet Capituli per Fagnan. in
Cap. Quæ fraternit. de Cleric. non residen. num.
14. et num. 15.

Si autem extarent unquam aliquæ licentiæ à Pa-
178 triarchis concessæ, quæ loquerentur de Ecclesiarum
Demolitione, eæ forent intelligendæ in sensu
congruo, idest, in sensu referibili ad Potestatem Ordi-
nis Episcopalis; non enim est incompatibile,
quod licentia utriusque concurrere possit, capitu

li

Capitoli nimirum ratione jurisdictionis, et Parochi ea ratione Ordinis, ad firmatam per Rot. coram Bol coner. in Miscellan. Decis. 1. sub. num. 1. vers. Inde ad evidentiam.

Et revera de jure non repugnat, quod eadem Ecclesia
179 ob diversos respectus sit subjecta pluribus inde-pendentibus, ut ait Gloss. in Clement. Tregu. verb. Ad mensam in princip. de Excessibus Prælator. Bellamen. Consil. 20. num. 10. Murg. gest. pastor. part. 2. quæst. 2. §. 7. num. 21. in fin. Rota in Mediolanen. Jurium Parochialium coram Mattheio impress. post Monacell. part. 2. impress. Ven. pag. 373. num. 18. in fin.

Quando nunc de potestate concedendi licentiam pro
180 reædificatione ejusdem Ecclesiæ destructæ, faciendæ in eadem, sive in alio loco magis apto, et opportuno, qui sit in districtu jurisdictionis Capitularis, nequit dubitari, quin hujusmodi potestas veniat in consequentiam juris, quod pertinet ad Capitulum, concedendi licentiam de ædificandis novis Ecclesijs; plus est enim dare licentiam ædificandi, quam reædificandi; ideoque si ad Capitulum pertinet primum, etiam secundum debet pertinere, est siquidem regula juris in 6. quæ sic ait = Plus semper in se continet quod est minus =; Ratio autem hujus Regulæ non tam ex jure, quam ex lumine naturali evidenter patet, uti bene observat Barbosa ad

eam

andem. Regulam num 2, et suscr. tom. 7. Lit. 5. Conclus. 886. et alij.

Adhuc minor difficultas esse potest in inferendo, quod
181 si ad Capitulum pertinet potestas concedendi licentiam pro ædificanda nova Ecclesia, multo magis ad eum pertinere debeat potestas dandi licentiam de amplianda, et ornanda Ecclesia, de faciendis rupturis in muro, et in pavimento Ecclesiæ, nec non de extruendis sepulturis; quia hæc omnia sunt levioris momenti respectu licentiæ de ædificanda nova Ecclesia, et per consequens intrat dispositio Regula 53. Juris in 6.°, quæ ait = Cui licet, quod est plus, licet utique quod est minus =, quam Regulam pariter suadet naturalis ratio, ubi enim minus continetur in majori tanquam pars in toto, cui licet totum, licere debet etiam pars, ut recte ad ipsam Regulam observat Vivianus, et etiam Barbos. citans alios

Imò, quoties non agitur de immutando statu, atque fi
182 gura Ecclesiæ, sed solum de illo reparando, ampliando, vel ornando, spectato jure communi, et præscindendo à Constitutionibus Synodalibus particularium Diœcesium, est in facultate cujuslibet Rectoris, sive Administratoris Ecclesiæ hæc, et similia peragere, sine ulla licentia Episcopi, sive alterius Superioris Ecclesiastici, ut docet = Gloss. in can. de Monach. 17. Cau. 16. Quæst. 2. ibi = Requiritur consensus Episcopi in constructione, sed in reparatione non requiritur = Ricc. in prax. part. 13. resol. 484. num. 13 et seqq. et part. 4. resol. rig. num 4. Barbos. de Offic. et potest. Episcopi

part.

part. 2. Allegat. 26 num. 12 in fin. Pax Jordan. tom. 1. lib. 5. tit. 8 num. 501. ibi = Limita quarto quando agitur de ornanda, sive amplianda, pro ut etiam instauranda Ecclesia prius constructa, tunc enim cessant rationes requirendi licentiam, et permittitur aedificatio Episcopo etiam invito.
Eademque doctrina procedit etiam respectu licentiae extruendi nova sepulcra, si agatur de Ecclesia parochiali, cui de jure competit jus sepeliendi cap. Fraternitatem, cap. Ex parte, et Cap. Cum liberum de sepult., aut agatur de Ecclesia, quae etsi non sit Parochialis, habet alias jus sepeliendi ex concessione nempe, aut privilegio illius, ad quem spectat, Can. Ecclesias Can. 13. quaest. 1. Barbos. de jure Eccles. lib. 2. cap. 10. num. 11. Ricci. de sepult. quaest. 10. num. 3. Monacell. in formular. part. 1. tit. 6 formul. 10. num. 122.; supposita enim hujusmodi concessione, seu privilegio non requiritur alia licentia pro extruendis sepulcris, cum id recte fieri possit ab eo, qui jus habet admittendi ad sepulturam in sua Ecclesia, juxta Concil. 1. Navarr. de sepultur. lib. 3., quem sequitur Barbosa in jus Eccles. univers. lib. 2. cap. 10. num. 11. cum aliis apud Murg. Disquisit. Moral. tom. 1. tract. 6. de jure concedendi sepultur. Disquis. 2 num. 1. et seqq.
Si vero Ecclesia non est Parochialis, nec habet privilegium sepeliendi, ut sepulcra in ea costruantur, sufficit facultas, et licentia concedenda à quocumque Praelato inferiore Episcopo, qui habet Jurisdictionem super ipsa Ecclesia, prout conce-
di.

di potest ab Episcopo, et à Capitulo, sede vacante; nec non à Commendatarijs Abbatiarum jurisdictionem habentium, et à Prelatis Regularium in eorum Ecclesijs, ac demum à quocumque habente administrationem, seu rectoriam Ecclesiæ cum jurisdictione super eâ; quia ejusmodi licentiarum concessio nihil plus est, quam actus meræ jurisdictionis, ut late ostendit Chiurg. disquisit. choral. tom. 3. tract. 6. de jure concedend. sepultur. disquisit. 2 n. 4. et 5.

Ad magis stabiliendam, firmandamque potestatem quam habet Capitulum Civitatense dependenter ab bono jure, quod profluit à titulis claris, et manifestis de omnibus, et singulis præfatis actibus exercendis, concurrit etiam nunquam interruptum, sed semper jam per plura sæcula usque in præsens continuatum exercitium, quin unquam à Patriarchis pro tempore fuerit perturbatum, quin à Patriarcha Joanne Grimani fuerit in controversiam deductum, vel in suo Monitorio ad Capitulum directo anno 1567, idest post secutam publicationem Concil. Trid., aut in suis recursibus ad sacram Congregationem ejusdem Concilij contra idem Capitulum; et quin etiam memoratus Episcopus Parentinus in sua Visitatione de anno 1585 ullam fecerit ordinationem, quâ ejusmodi exercitium tanquam minus canonicum fuisset moderatus, vel abrogasset.

Nec ingerit difficultatem contra præfatum jus, et exercitium Capituli Civitaten. quod concedendas paulò ante recensitas licentias, quod inter Consti-

tutio

tutiones Synodales praesentis Eminentissimi Patriarchae Cardinalis sub rubrica = De Ecclesijs, Altaribus, et Sacristijs = reperiatur sequens = ne in Ecclesia quidquam novi aedificij fiat; item ne nova Ecclesia, aut Oratorium extruatur; praeterea ne Capella, et Altari erigendo locus in quovis Ecclesia cuiquam, et quovis nomine detur, rursus ne Capella, aut Altare extruatur; tum ne sepulcra fiant; ne pavimentum quacumque ex causa renovatur; ne quid denique destruatur sine nostra scripta facultate = .

Nam, etsi Eiusdem Constitutionis Synodalis verba sint clara, et ideo videantur non admittere interpretationem, nec voluntatis conjecturam ad tradita per Abbat. Cons. 97. num. 1. lib. 1. Cardinal. Tusch. litt. V. conclus. 108. Barbos. axiomat. 222. num. 22., ut etiam clare deducitur ex L. Licet Imperator ff. de Legatis I. et L. Ille, aut illa ff. de Legatis III. una Gloss. in cap. cum dilectus V. jure communi, ac consuetudine, inquit = Ubi verba non sunt ambigua, non est locus interpretationi; sed ubi sunt dubia, necessaria est interpretatio = .

Nihilo tamen minus dicendum est, ipsam Constitutionem Synodalem non obstare juri, et exercitio Capituli Civitatensis in concedendis licentijs circa ea, quae in eadem Constitutione sunt expressa; nam ea verba = sine nostra scripta facultate = posita fuerunt cum intentione

intentione, ut literaliter observentur, ubi sic observari possunt sine præjudicio Jurisdictionis Ordinariæ seu quasi Episcopalis cujuscumque Prælati inferioris in Diœcesi Aquilejensi existentis; non autem ubi nequeunt litteraliter observari sine hujusmodi præjudicio; secus enim magnum inde sequeretur absurdum; quia sequeretur læsio Ordinariæ Jurisdictionis dictorum Prælatorum contra naturalem æquitatem, quæ vult neminem injuste lædi, et jus suum unicuique tribui L. Justitia ff. de jure, et justitia et §. juris. instit. eod. tit.

Igitur naturalis, et proprius dictæ Constitutionis sensus est iste, quod videlicet nihil fiat ex contentis in
189 ipsa Constitutione sine scripta facultate superioris Ecclesiastici ad quem pertinet exercere in loco de quo agitur Jurisdictionem Ordinariam, seu Episcopalem, vel quasi, loquendo de loco, et superiori Ecclesiastico sæculari; non autem de regulari. Hinc est quod in illis Diœcesis Aquilejensis locis, respectu quorum Patriarcha habet Ordinariam Jurisdictionem, tam habitu, quam actu; dicta facultas scripta petenda sit a Patriarcha; è contra vero in illis locis, respectu quorum Patriarcha habet tantum habitu Jurisdictionem Ordinariam, regulariter loquendo, et exceptis casibus excipiendis, actu autem residet penes Prælatos inferiores, talis facultas scripta, non a Patriarcha, sed ab exercente Ordinariam Jurisdictionem in loco sit petenda.

Proinde necessario concludendum est, quod cum Patriar-
190 cha

cta in Districtu Ecclesiarum Capitulo Civitaten. pleno jure unitarum, spectato jure communi, seu regulariter loquendo, et exceptis casibus excipiendis, non habeat Jurisdictionem Ordinariam, nisi in habitu, eaque quo ad actum, et exercitium omnino independenter a voluntate Patriarchae resideat penes ipsum Capitulum; ad istud, et non ad Patriarcham vigore ipsiusmet Constitutionis Synodalis in vero sensu canonico intellectae, pertineat dare scriptas facultates, seu licentias aedificandi novas Ecclesias, et Oratoria, ac demum faciendi ea omnia,

191 quae supra fuerunt recensita. Nec sola est citata Constitutio Synodalis, quae non literaliter, sed in vero sensu Canonico supra exposito, debeat intelligi; verum sunt plures aliae similes, quas omnes recensere non vacat; ideoque duae tantum sunto pro exemplo.

Sub Rubrica = De Oeconomis vacantium Ecclesiarum = leguntur formalia = Cum vacanti Cuicumque Parochiali et Curatae Ecclesiae, quamvis ejus collatio ad alios spectet, a Nobis Vicarius, seu Oeconomus deputandus sit =, nihilominus tamen dum vacant Vicariae Curatae Ecclesiarum Parochialium Capitulo Civitatensi unitarum, non a Patriarcha, sed a Capitulo deputantur Oeconomi, quamvis in ipsa Constitutione Synodali literis rotundis dicatur = A Nobis Vicarius, seu Oeconomus deputandus sit =

(Item sub Rubrica = de Parochis = loquendo de omnibus animarum curam habentibus, sive sint Parochi, sive Vicarij, sive Curati, sive Capellani Curati, et quomodocumque nun

cupen

cupentur, habeantque solo etiam titulo temporaneo dic
» tam curam, eis mandatur = ut ab ipsis Ecclesiis, et cu
» ra sibi commissa discedere nullo modo praesumant,
» nisi licentia in scriptis A Nobis seu a Vicario nostro Ge
» nerali, aut a Vicario foraneo loci respective, gratis, et
» juxta Decretum subsequens impetrata, videlicet = et in
» fra = Quod si ultra tres dies abesse necesse sit à No
» bis causa cognita, vel a Vicario Nostro Generali in
» scriptis licentia impetranda erit.

Et^tu certum est, quod si Vicarios, aut Capellanos curatos Capitu
193 lo Civitatensi subjectos, necesse sit abesse à residentia
ultra tres dies, non ad Patriarcham, nec ad ejus Vicarium
Generalem, sed ad ipsum Capitulum pertineat causam co
gnoscere, et in scriptis dare licentiam; sic enim fuit re
solutum, et declaratum à Sacra Congregatione Concilij con
tra Patriarcham Joannem Grimani, qui uti expressit in
antefato suo monitorio, praetendebat potestatem hujus
modi non Capitulo, sed sibi competere; rationes autem, et
fundamenta, ob quae emanavit dicta resolutio, refert
Fagnanus in saepe citato Capitulo Tua Fraternitatis
de Clericis non residen.

Quapropter pro regula tenendum est, quod sicut non fuit,
194 nec potuit esse de intentione Eminentissimi Patriarchae
Cardinalis quoquo modo praejudicium, aut impedimen
tum inferre exercitio jurisdictionis Ordinariae Capi
tuli Civitatensis in casibus, de quibus loquuntur prae
fatae tres Constitutiones Synodales: ita nec fuerit, aut
potuerit esse de illius intentione ullum tale praeju
dicium inferre in casibus, pro quibus pari forma
loquuntur plures aliae Constitutiones Synodales, con
cernen

cernentes exercitium Jurisdictionis Ordinariæ.

Est igitur credendum, quod Eminus Patriarcha Cord.
in condendis suis Constitutionibus Synodalibus, eo
fuerit ductus spiritu, quo Papa, ut refertur in con.
de Ecclesiasticis can. 25. quæst. 2., rescripsit his
" verbis = De Ecclesiasticis Privilegijs, quod vestra fra
" ternitas scribit, hoc, postposita dubitatione, tene
" at; quia sicut nostra defendimus, ita singulis qui
" busque Ecclesijs sua jura servemus: nec cuilibet
" favente gratia, ultra, quam meretur, impertior,
" nec ulli hoc, quod sui juris est, ambitu stimulan
" te derogabo: sed fratres meos per omnia honora
" re cupio, sicque studeo honore singulos subvehi du
" modo non sit, quod alteri jure ab altero possit
" opponi =

Sed quamvis etiam aliquis Patriarcha intenderet con
dere, ac conderet tam in Synodo, quam in visitatio
ne Capituli Civitatensis, ejusque Ecclesiarum, aut
quacumque alia occasione, seu tempore, constitu
tiones, Ordinationes, decreta, vel edicta, quæ præ
judicium aliquod continerent respectu Ordinariæ,
et quasi Episcopalis Jurisdictionis, seu aliarum
prærogativarum, statutorum, rituum, et quorum
cumque Jurium ejusdem Capituli; talia acta non
solum forent injusta, sed etiam invalida.

Inconcussum enim est juris principium, quod ea, quæ
à Papa noscuntur esse concessa, vel confirmata, nul
lus inferior possit aliquatenus reformare, immuta
re, aut abrogare; nisi de speciali, et expresso

ipsi

ipsius Papæ mandato id faciat; vel nisi certum omni
nò sit, quòd concessio, vel Confirmatio per falsi sugges
tionem fuerit elicita, textu claro in Cap. 1, et 2. de
Confirmatione utili, vel inutili, et ibi Canonistæ com
muniter.

Ratio est; quia ea, quæ per Papam concessa, vel confirma
197 ta sunt, Papalia dicuntur; iuxta quòd habetur in Cap.
Si Apostolicæ de Præbend. in 6. ubi Pontifex inquit
» = Cum provisio ipsius legati post impertitam à Nobis
» auctoritatem nostra censeatur effecta = concordat tex
tus in L. 1. §. Sed neque Cod. de veteri jure enuclean
» do, ubi Imperator Justinianus sic loquitur = omnia
» etiam merito nostra facimus: quia ex nobis om
» nis eis impertitur auctoritas =. De iis autem, quæ
judicio, et auctoritate Papæ velut Christi in terris
Vicarij, ac visibilis capitis Ecclesiæ concessa, vel con
firmata sunt, nemini permissum est judicare, aut il
lius acta retractare, can. Nemini est caus. 17. quæst. 4.; quia
Deus Papæ Concessiones, et Confirmationes suo reservavit judi
cio can. aliorum cau. 9. quæst. 3. cum concordantibus.

Est autem plusquam manifestum ex supra expositis, quòd
198 ordinaria, et quasi Episcopalis Jurisdictio omniaque privi
legia, et jura Capituli Civitatensis fuerint à Papa expressè
confirmata, uti constat ex Bulla Pauli IV., et ex dua
bus Bullis Pij II. præsertim autem ex posteriori ejusdem
executione facta per Episcopum Davitinum tanquam
Delegatum Apostolicum, quæ magna est digna considera
tione; quia ipse Delegatus procedendo cum auctori
tate Apostolica, et adamussim observando continentiam
mandati sibi à Papa facti, non jam in forma communi,
sed in forma verè speciali confirmavit ordinariam Capi-

tuli

Capituli Jurisdictionem, ejusq. omnia Privilegia, Jura, Statuta, et quascumq. prorogativas

Siquidem ipse Delegatus Apostolicus non devenit ad illum
199 actum approbationis, seu Confirmationis, sine certa scientia, et non precedente cognitione causa, de qua agebatur; sicq. ejus Confirmatio non fuit in forma communi, seu simplici, et ordinaria, qua nullum jus novum tribuit, approbatq. duntaxat praeexistens, quatenus in se sit validum, ut habetur ex cap.
» Quia diversitatem de Concess. praeben., ubi dicitur =
» nonobstante Confirmatione à Sede Apostolica obtenta
» sub forma communi, qua confirmat beneficia, et Prae-
» bendas, sicut juste, et pacifice possidentur =. Et etiam patet ex textu in cap. Cum dilecta de confirmatione utili, vel inutili ubi Pontifex in simili sic loquitur
» = Volentes, quod ex innovatione hujusmodi novum
» jus Monasterio acquiratur, sed antiquum (si quod
» habet) per innovationem Privilegii conservetur =
Concordatq. textus in can. Praecepta dist. 12. ibi =
» Non novum aliquid praesenti jussione praecipimus,
» sed illa, quae olim videntur Indulta, confirmamus =
Verum processit ex certa scientia, et cum plena cau-
200 sa cognitione, quod ipsemet Delegatus fuit fassus il-
» lis suis verbis = Sumptaq. Causa plenaria infor-
» matione super Consuetudinibus, et jurisdictionibus,
» Dignitatibus, Immunitatibus, et auctoritatibus ip-
» sius Capituli, et Ecclesiae Civitatensis, comperimus om-
» nia, et singula in superiori contenta, verificata
» et probata fuisse, et fore =: hujusmodi autem plenariam causa informationem sumpserat ex visione oculari Privillegiorum, Statutorum, Processuum, et

Senten

sententiarum, ac Scripturarum, et jurium quamplurium ejusdem Ecclesiae, ipsi exhibitorum pro parte Capituli, nec non ex auditione quamplurium testium ab eodemmet Delegato diligenter examinatorum, ut ipsemet quoque fatetur.

Quare nequit dubitari, quod in forma verè speciali
101 confirmaverit ea omnia, de quibus sumpserat dictam plenariam informationem, et dixit se confir-
„ mare illis suis verbis = Auctoritate Apostolica No-
„ bis in hac parte concessa, omnia Privilegia, Exemptio-
„ nes, Libertates, Immunitates, Indulta, Ordinationes,
„ et Statuta dictae Ecclesiae = et recensitis quibusdam particularibus consuetudinibus, et potestate cognoscendi causas Civiles, et Criminales leves, nec non instituendi, ac destituendi Vicarios, eisdemque committendi curam animarum, prosequitur sic
„ = Ratificamus, approbamus, et confirmamus, et
„ decernimus illa perpetuis futuris temporibus
„ valitura, observari debere =

Porrò valdè notabilis est ille effectus, quem producit
102 Confirmatio facta cum perfecta notitia totius negotij, et omnium ejus circumstantiarum; siquidem per eam jura, quae forsan antea invalida fuissent, firma redduntur, atque valida, ut habet cap. 1. de transactionibus, juncta Glos. final. ibi, et notat alia Glos. in cap. Ecclesia Sanctae Mariae, V. ab Ecclesia de Constitut. Barbos. de Clausul. de confirm. utili, vel inutili num. 8. et communiter tradunt Doctores, qui advertunt hujusmodi Confirmationem ac

certa

certa scientia, non esse nudam, et simplicem confirma
tionem, sed potius esse novam concessionem, atque in
effectu dispensationem; cum vim habeat, actum cæ
teroquin nullum illaque nisi validum: ideoque hoc juris
principio innixus præfatus Delegatus Apostolicus post
illa verba = Observari debere = immediate subjunxit
hæc = Et nihilominus, pro potioris cautelæ suffragio
eadem auctoritate Apostolica = factaque repeti-
tione omnium præfatorum jurium, prosequitur =
Concedimus, et indulgemus ac impertimur =

Itaque constat, quod sicut Patriarcha suis constitutionibus, san
203 citis, non posset præjudicium inferre ordinariæ, et qua
si Episcopali Jurisdictioni, aliisque juribus Capituli Ci
vitatensis, etiam non confirmatis auctoritate
Apostolica, aut in forma speciali, aut in forma com
muni, sed quocumque legitimo titulo alias quæsitis,
ne cum ipsius Capituli detrimento Patriarchalem
ampliaret auctoritatem contra naturalem ratio
nem expressam in l. nam hoc natura ff. de condict.
indebiti, et in l. Jura naturæ ff. de Regul. jur. necnon
in l. Rempubl. cod. de jure Reipublicæ: Ita multo
minus possit id facere stantibus antedictis Confirma
tionibus Apostolicis, et præsertim ea Delegati Apo
stolici, quæ facta fuit in forma specialissima; cui
etiam aliquod robur adjecit Confirmatio contenta
in Bulla Paul. IV.; quamvis hæc videatur esse facta
magis in forma communi, quam speciali.

Caeterum non improbabiliter dici potest, quod etiam Con
204 firmatio contenta in Bulla Pauli IV. facta fuerit
in forma speciali: nam Gloss. fin. in cap. 1. de Confir
ma

matione utili, vel inutili, et Joannes Andreas in cap. venerabilis, et Abb. in cap. examinatas num. 5. add. tit. afferunt, quod si Papa confirmet aliquid simpliciter nulla clausula apposita, nec expresso tenore juris confirmati, videatur confirmare in forma speciali; quia ut argumentatur Abbas ibidem verbum confirmo alio non expresso ex sui natura importat, ut rem faciat firmam, prout desumitur ex cap. inter dilectos 3. circum de fide Instrumentorum, unde Klop. ibidem l. valere, exinde notat quod sic facienda sit interpretatio, ut res, de qua agitur, magis valeat quam pereat; cap. Abbate de verb. signific. cum concordantijs, et consequenter tunc dubio videtur confirmatio esse specialis, et non mendata in forma communi. In dicta autem Bulla Pauli IV. jura Capituli fuerunt confirmata his verbis = Apostolica auctoritate confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus =, quin fuerit adjectum aliud verbum, quod ipsam confirmationem restrinxisset ad simplicem formam communem.

205. Possunt itaque bene stare simul haec duo, quod videlicet Capitulum Civitatis velut de secunda specie Praelatorum inferiorum Saecularium teneatur intervenire Synodo Aquilejensi cum sit subjectum Patriarchali leggi tam Diocesanae, quam jurisdictionis, a quibus Synodi Convocatio dependet, qua ex mixti juris, sitque cum omnibus Ecclesijs sibi pleno jure unitis obnoxium Visitationi Patriarchae; et quod ipse Patriarcha, nec in Synodo, nec in Visitatione, et multo minus extra dictos duos casus, possit quicquam statuere, seu decernere, quod vergat in praejudicium exercitij Ordinariae et quasi Episcopalis Iurisdictionis, aut cujuscumque alterius

alterius juris ejusdem Capituli, quod etsi in exercenda sua Jurisdictione nequeat quidquam statuere, quod directe opponatur, vel ordinationibus à Patriarcha in Visitationibus factis sine praejudicio Jurisdictionis, et jurium Capitulorum, aut Synodalibus Constitutionibus, utpote quae afficiunt omnes in Diecesi existentes in sensu jam exposito; potest tamen tam eadem praecipere ac respective inhibere, etiam sub gravioribus poenis quae sint justae, quam alia in Patriarchalibus Ordinationibus, et Constitutionibus Synodalibus non expressa, sicut Capitulo visa fuerint expedire pro recta suarum Ecclesiarum gubernatione; in hunc enim finem tendit ejus Ordinaria Jurisdictio.

Paulò ante facta Visitationis Patriarchalis mentio ad me
206 moriam revocat illam datae responsioni adiectam clausulam = Nisi, servatis de jure servandis, id fiat in ejus Visitatione =; creditur enim, quòd, etiamsi ad Capitulum Civitatense, ut ait ipsa responsio, pertineat jus privativum concedendi licentias de aedificandis novis Ecclesijs in districtu suae Ecclesiasticae Jurisdictionis, quin Patriarchae Aquilejensi ullo modo liceat se opponere ejus Capitularis juris exercitio, aut se ullatenus ingerere quoad concessionem hujusmodi licentiarum; id tamen procedat solummodo extra tempus, seu circumstantiam Visitationis Patriarchalis

Nam videtur dicendum, quòd Patriarcha occasione qua visitat Ecclesias districtus Jurisdictionis Capitularis, omninò possit, servatis de jure servandis, concedere licentiam de aedificandis novis Ecclesijs in eodem districtu, juxta circumstantiarum exigentiam; si enim potest Capitulum tales li

con

licentias concedere tam extra, quam in circumstantiis suæ visitationis; ess etiam poterit concedere Patriarcha, dum visitat; quia tunc potest ea omnia peragere, quæ cadunt sub jure visitationis, quod est valde amplum, seque extendit ad actus jurisdictionales magis nobiles et præcipuos, seque multo magis ad concedendam licentiam ædificandi novas Ecclesias, si exinde nullum oriatur alicui præjudicium.

Hinc est, quod apposita fuerunt illa verba = servatis de jure servandis =; certum enim est, quod si ageretur de
208 dismembratione, et sic de erectione novæ Ecclesiæ Parochialis, tunc requireretur consensus Parochi, idest Capituli, vel deberet supplere Patriarcha, si Capitulum injuste renueret, et proinde deberet citari juxta formam cap. Ad audientiam, de Ecclesiis ædificandis, et Concilii Tridentini sess. 21. de Refor. cap. 4. ut tradit Garc. de re Beneficiar. lib. 1. Quæst. 18. num. 10. firmat Rota Decis. 745. num. 2. part. 2. recent. ac sæpe declaravit sacra Congregatio ejusdem Concilii, quod, si in ejusmodi casu erectionis novæ Ecclesiæ Parochialis Episcopus procederet, Parocho, de cujus interesse ageretur, non citato, nulliter operaretur, velut omittens partem requisitam ad formam substantialem actus.

Si vero non ageretur de ædificanda nova Ecclesia Paro
209 chiali, sed alia Ecclesia, vel Capella, quæ non esset regularis, adhuc Patriarcha non haberet liberum arbitrium concedendi in sua visitatione licentiam pro ædificatione ejusmodi Ecclesiæ, vel Capellæ, sed cum limitatione, ita videlicet, ut per constructionem

nem novae Ecclesiae, aut Capellae, nullum damnum antiquiori Ecclesiae irrogetur, praesertim parochiali, ut habetur expresse cautum in Can. Quicumque caus. 16. quaest. 1. et in cap. 1. et 2. de novi operis nunciatione, nec non in Cap. in his de Privilegijs, et tradunt communiter Canonistae.

Et ideo, si Patriarcha in visitatione arbitrando licentiam concederet aedificandi Ecclesiam, vel Capellam, ex cujus constructione damnum aliquod, seu praejudicium crederetur Ecclesiae Parochiali, aut alteri, tunc Parochus, idest Capitulum posset contradicere, et aedificationem impedire, ad tradita per Barbos. in Cap. Ad audientiam de Ecclesijs aedificandis num. 5. et 6. Pax Jordan. num. 139. ad idem Caput. Guidon. Pap. Decis. 370. Seraphin Decis. 847. num. 1. Quod si ageretur de constructione Ecclesiae regularis, seu novi Monasterij, recursus pro impediendo praejudicio fieri deberet ad Papam, vel ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium tantum ex constitut. 51. Gregorij XV.

Sive igitur foret casus de concedenda in visitatione per Patriarcham licentia aedificandi novam Ecclesiam Parochialem, sive aliam non Parochialem, ut dicitur procederet cum cautela, deberet prius exquirere consensum Parochi, idest Capituli, ut jam dictum fuit atque repetitum, et non sine gravi motivo, cum enim Sacri Canones, et Concil. Trid. loquuntur de aedificatione novae Ecclesiae Parochialis in casu dismembrationis, Parochum seu Rectorem antiquae Ecclesiae Parochialis requirunt esse citandum, et Canones loquentes de aedificatione Ecclesiarum non Parochialium dicunt eas non esse aedificandas cum praejudi

Praejudicio Parochi, seu rectoris Ecclesiae Parochialis.

Unde constat, optimè fuisse dictum, atq. repetitum Capituli
12 consensum in utroque dicto casu fore per Patriarcham
exquirendum, non verò consensum respectivorum
Vicariorum Curatorum ejusdem Capituli, quia Capitu-
lum duntaxat est verus, ac unicus Parochus, seu Rec-
tor principalis Ecclesiarum Parochialium ei pleno ju-
re unitarum, et subjectarum; Vicarij Curati autem ea-
rundem Ecclesiarum sunt sine ullo titulo Beneficij Pa-
rochialis, velut ad nutum, et beneplacitum ammovi-
biles, sicque non sunt Beneficiarij et perpetui, sed
mercenarij, et temporales juxta doctrinam Fagnani
in cap. ex parte num. 12. de offic. Vicarij et in cap.
Ad Monasterij num. 38. de Stat. Monach. Rota co-
ram Molin. decis. 368. num. 10, et seqq. in recent.
part. 16. decis. 93. num. 1. & totum, et in Bonien.
ammovibilitatis Capellani super bono jure 14 Junij
1728. §. Sicuti enim coram Crescentio.

13 Itaq. Vicarij Curati Capituli Civitatensis sunt ex genere
illorum, de quibus, Reiffestuel in jus Canonicum uni-
vers. de offic. Vicarij §. 2. num. 45. sic loquitur=
" Vicarij temporales verè, et propriè non sunt Bene
" ficiarij. Ita communis, atq. desumitur ex cap. Pe-
" venit 3. de appellat. et cap. Cum ex eo de elect. in
" 6. et Clement. unic. Hoc tit. juncta Glos. ibid. V. per
" petuis cum similibus. Ratio est: quia Vicarij
" temporales, et ad nutum ammovibiles nullum habent
" titulum in Beneficio, neque in eo investiuntur, lici
" cet ipsis demandetur cura animarum, totumq. offi-
" cium Rectoris Ecclesiae, neutiquam tamen habent
" jus curae, sed solummodò actum, et functionem seu
" administrationem ipsius: jus curae autem, seu jus
" in re respectu ipsius remanet penes Rectorem. Azor

" Azor. part. 2. lib. 3. cap. 6. quaest. 6.

214 "Et sequenti num. 6. ibidem prosequitur sic = atque hinc fit,
" quod mortuo Vicario temporali non vacet Beneficium
" ex ejus obitu, quia nimirum finitur duntaxat mu-
" nus, et administratio ipsius. Unde nec Vicaria tempo-
" ralis inter Beneficia Ecclesiastica computatur, neque ea
" quae ad Vicarios perpetuos in jure habentur statuta
" extendere licet ad Vicarios temporales. Imo hujusmo-
" di Vicarij et ad nutum ammovibiles habent se adinstar
" mercenariorum, qui ab Ecclesiarum Praelatis, seu Benefi-
" ciarijs sub assignatione congrui stipendij, assumuntur =.

Cum igitur Vicarij Curati Capituli Civitatensis nullam habeant
215 institutionem Canonicam, importantem titulum in Bene-
ficio Parochiali, sed sint ad nutum, et Beneplacitum
ammovibiles, ut fuit supra abunde probatum, exer-
cendo curam animarum in Ecclesijs Parochialibus
eam non exercent nomine proprio, sed nomine
Capituli, quod est verus, ac unicus Parochus, Rectorque
principalis, qui potest quandocumque pro suo arbitrio ean-
dem curam exercere per se ipsum, cum non tan-
tum habeat earundem Ecclesiarum curam in habitu
verum etiam in actu, idest quoad jus exercitij, sola
simplici actualitate, et functione ministeriali, seu
administratoria residente penes ipsos Vicarios, ut
bene, expensa differentia inter Vicarium perpetuum
et ammovibilem considerat Gabriel Consil. 190 num.
9, et 10. lib. 2. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quaest.
20. num. 90. et seqq. et num. 106. et seqq. Rota decis-
sio. num. 16. et seqq. part. 2. diversor. et coram Ottobon.
decis. 38. num. 4. 14. et seqq.

Aliter autem res se habet, quando Ecclesiae Parochiales sunt
216 reductae ad commendam, constitutis Vicarijs Curatis perpetuis
pro exercenda cura animarum; tunc enim, regulariter lo-
quendo, tota cura actualis, idest, plenum ejus jus quoad exer-
citium

cium competit hujusmodi Vicarijs, et Commendatarij nonnisi
habitu curam retinent, ut notat Gloss. marginal. in cap. su
per eo, v. annexa de Praebend. in 6. Abbas in cap. extirpandae
§. qui vero num. 6. eod. tit. Barbos. lib. 3. juris Eccles. uni
vers. cap. 6. num. 28. post Rotam Decis. + de Offic. Vicarij
in antiquis, Seraphin. Decis. 109. num. 5. et alij.

Nec mirum, quia hujusmodi Vicarij perpetui canonice insti
217 tuuntur in Ecclesijs Parochialibus, et acquirunt jus in
re, verumque titulum canonicum in talibus Beneficijs
saltem indirectum, et utilem; ideoque fere in omnibus
aequiparantur ceteris Parochis. Unde fit quod etsi dicti Vi
carij proprie non dicantur Rectores Ecclesiarum, sunt ta
men Rectores curae animarum, Barb. loco cit. num. 26.
Fagnan. cap. Ex part. num. 19. de Offic. Vicarij, et
hac de causa Commendatarij, seu Rectores principales,
velut habentes curam duntaxat in habitu, in ipsis Eccle
sijs nequeunt invitis Vicarijs exercere curam fori Poe
nitentialis, et Sacramenta administrare, Rebuff.
in praxi Benefic. de Vicarijs perpetuis num. 1. Barb.
cit. lib. 3. juris Eccles. univers. cap. 6. num. 31. et
part. 1. de Offic. parochi. cap. 1. num. 56, 57. et seqq. post
Rot. in Bovinen. Vicariae 17 Maij 1624. coram Mer
lino.

Et merito, quia tota cura quoad ejus exercitium com
218 missa est talibus Vicarijs, qui auctoritatem suam
non recognoscunt a Rectoribus principalibus seu com
mendatarijs, sed a jure per ministerium Episcopi,
qui eisdem Vicarijs confert Vicarias in titulum per
petuum per institutionem Canonicam, ac etiam
curam animarum, committit per institutionem
auctorizabilem, Abb. loco cit. num. 14. Fagnan.
cap. exposuisti num. 40. de Praebend. cum alijs.
Ideoque penes dictos Rectores principales, seu commen
datarios remanet simplex cura habitualis, atque exer
citium

exercitium juris Parochialis in pertinentibus ad externam defensionem, vindicationem, et forum contentiosum, atque ad fabricae reparationem saltem si ipsi majorem redditum partem accipiunt, ut observat Lajman. in cap. ad hac num. 2 de offic. Vicarij, et alii

Quamobrem in casu quo Episcopus vellet dimembrare ali
219. quas partes ejusmodi Ecclesiarum Parochialium erigendo novas Ecclesias Parochiales, videtur quod non illorum Vicarios perpetuos deberet citare, sed duntaxat Rectores Principales, velut habentes exercitium juris Parochialis quoad externam defensionem: ijdemq. Rectores principales haberent quoq. jus se opponendi licentiae ab Episcopo concessae de aedificanda Ecclesia non Parochiali, si exinde praejudicium inferretur Ecclesiae Parochiali.

Quibus ita de jure sese habentibus, necessario debet inferri,
220. quod Patriarcha, in casu visitationis pro quo duntaxat (nisi ageretur de supplenda negligentia) potest ei competere auctoritas concedendi licentiam de aedificandis pro circumstantiarum exigentia Ecclesijs in Districtu Jurisdictionis Ordinariae, et quasi Episcopalis Capituli Civitatensis, si agatur de aedificanda nova Ecclesia Parochiali, non Vicarii Curati, sed Capituli ejus praevia Citatione, seu auditione, debeat consensum requirere, ipsumque Capitulum habeat jus se opponendi, et impediendi constructionem etiam Ecclesiae non Parochialis a Patriarcha concessae, si exinde praejudicium inferreretur Ecclesiae Parochiali aut alteri in loco antiquiori.

Unde constat, vel ex sola prima responsionis parte, qua Eminentissimus Patriarcha Cardinalis Archidiacono Capituli dixit, quod, quando Communitas de Valle Lofumbergi ei supplicaverit, et Vicarius Curatus Campilei suas dederit favorabiles informationes, tunc deliberabit de concedenda licentia aedificandi novam Ecclesiam; posse imminere.

nere eidem Capitulo duplex grave præjudicium circa
exercitium proprij juris, quorum unum in eo consi-
steret, quod idem Emus Patriarcha concederet licentiam
de ædificanda dicta Ecclesia, nulla habita ratione licen
tiæ jam concessæ a Capitulo; cum tamen non existen-
te circumstantia Visitationis Patriarchalis, hujusmo
di jus ad idemmet Capitulum pertineat omninò pri
vatiuè ad ipsum Emum Patriarcham, et ideo licen-
tia à Capitulo jam concessa censeri debeat sufficientis
ma, quin ulteriùs requiratur, et possit concedi ulla
alia licentia ab eodem Emo Patriarcha, quemadmo
dum evidenter resultat ex supra deductis, et probatis
Si ad effectum perduceretur mox dictum præjudicium, hoc, succe
222 deretur ab altero; quod idem Emus Patriarcha, non à Capitu
lo, sed a Vicario Curato Campilli exquireret, et acceptaret
informationes in ordine ad deliberandum de danda, vel
non danda dicta licentia; sicque ipsum Capitulum, quod
Ecclesiæ Parochialis Campilei est verus, et unicus Paro
chus, ac immediatus Superior Ecclesiasticus exercens
super ea Ordinariam jurisdictionem, utpote habens
ejusdem Ecclesiæ Parochialis curam, tam quo ad habi
tum, quam quo ad jus exercitij, et actualitatis, pro
nihilo haberetur.

E contra vero Vicarius Curatus Campilei qui respectu illi
223 us Ecclesiæ Parochialis nullum habet titulum Bene
ficij proprie talis, nullamque Institutionem, et installa
tionem Canonicam sed gaudet nuda, et simplici appro
batione Patriarchali cadente super idoneitate, et habi
litate curam animarum exercendi, fuit, et reperitur
à Capitulo deputatus cum institutione authorizabi
li pro exercenda cura dictæ Ecclesiæ Parochialis in for
ma, et figura Vicarij ad nutum, et beneplacitum amo
vibilis, atque non suo nomine, sed nomine, ac iure Ca
pituli, jam non consideraretur tanquam talis, verum tan

quam

tanquam effectivus Parochus, et Rector principalis ejusdem Ecclesiae Parochialis.

Consimilia praejudicia acciderunt, dum agebatur de demo-
224 lienda Ecclesia Parochiali Ursana, et de ea reaedi-
ficanda. Cum enim ipsa Ecclesia judicio peritorum
videbatur minari ruinam, velut quassata vi et im-
petu terremotus anni 1746. Capitulum Civitatense,
cui est pleno jure subjecta, morem consectans anti-
quissimum licentiam concessit eam demoliendi sub
„ cautissimis his verbis = Jure nostro utentes vigore
„ unionis, et subjectionis, praevijs tamen caeteris cano-
„ nicis requisitis ab Illmo Dno Patriarcha per Nos obti-
„ nendis =

Quamvis autem ipsum Capitulum dando dictam licentiam
225. nihil aliud egerit quam uti jure sibi legitime compe-
tenti cum expressa praeservatione jurium Patriarcha-
lium descendentium a potestate Ordinis respectu pro-
fanationis; tamen nullo pacto adduci potuit tunc Illmus
[illegible] Dnus Patriarcha ut admitteret hujusmodi li-
centiam, negando absolute competere Capitulo hanc auc-
toritatem quam ad se unice spectare asserebat.

Quinimo nec etiam permisit sibi denunciari statum
226. Ecclesiae a Canonicis per Capitulum deputatis, sed voluit
omnino talem denunciationem sibi fieri, et im-
mediate per Vicarium Curatum dictae Ecclesiae Pa-
rochialis, qui pro hujusmodi effectu fuit accersitus
ad Curiam Patriarchalem, et coactus acceptare de-
cretum ejusdem Curiae super demolitione Ecclesiae,
translatione Smi Sacramenti ac aedificatione alte-
rius novae Ecclesiae, et vigore hujus Decreti Ecclesia
de facto tum caepit demoliri.

Hujusmo

Hujusmodi autem procedendi forma tendere videtur ad
227. evertendam plenam illam unionem, qua Ecclesiae sunt
Capitulo subjectae, tam in temporalibus quam in spiritua-
libus; ac per consequens tendit etiam ad dissolvendum
vinculum illius Juramenti quo Vicarij sunt obstricti ad
praestandam Capitulo, tanquam eorum Praelato immedia-
to, debitam fidelitatem, et obedientiam; ne autem tam
grave praejudicium contingat observanda est sequens Re-
gula.

Aut enim mandata Patriarchalia res faciunt ea quae sunt
228 de jurisdictione Capituli, et tali casu non potest Patri-
archa propria auctoritate directè committere illo-
rum executionem in Ecclesijs, et locis Capitulo subjectis,
dirigendo talia mandata ad ejusdem Capituli Vicarios Cu-
ratos; sed debet illa notificare ipsi Capitulo, ut in specie
Archiepiscopi volentis publicare censuras in Diocesi sui
Suffraganei, quod non potest propria auctoritate, sed
debet scribere Episcopo, vel Vicario, ut publicentur, et af-
figantur, notat Quarant. in summ. Bullar. verb. Archiep.
auctoritas vers. 27. Ventrigl. de jurisdic. Archiep. cap.
[illegible] num. 1

Cujus rei ratio desumitur ex can. Si venit cau. 11. Quaest.
229 1. in quo praescribitur, ut sua unicuique Jurisdictio il-
laesa servetur, ne Ecclesiasticus ordo confundatur; et
ideo quando Praelatus Episcopo inferior, etiam non
habens territorium separatum, sed existens in Dio-
cesi, profert in subditum justam censuram Ec-
clesiasticam v.g. sententiam excommunicationis, tunc
Episcopus eandem observare debet nec potest illam
relaxare sine debita satisfactione, et sine praescitu
proferentis ut colligitur ex cap. Cum ab Ecclesiarum, de

Offic.

Offic. Ordinar. Judic., et tradunt ibidem Slop. final. et Abbas in summar. Vivian. in rationali, Pirhing dict. tit. num. 174. et concordat cap. Ad reprimendam eod. tit. ubi Innocentius III. mandat Archiepiscopo Rothomagensi ejusq. Suffraganeis, ut sicut ipsi latas ab eis interdum in subditos ad reprimendam eorum malitiam poenas, seu censuras Ecclesiasticas, volunt inviolabiliter observari: Ita latas ab alijs (: puta ab Episcopo Lexovienti suffraganeo illius:) debeat inviolabiliter observare.

Et hoc procedit, etiamsi subditus Praelati inferioris con-
230. queratur Episcopo, se injustè fuisse censura, vel poena alia affectum: adhuc enim Episcopus non debet talem subditum ad se recurrentem à censura absolvere, aut poena liberare, sed debet illum remittere ad suum Ordinarium inferiorem, à quo velut immediato suo Superiore fuit censuratus, vel aliter punitus, ut ipsum absolvat, vel poena liberet, uti patet ex citato cap. ad reprimendam §. final.

Imò si mandata Patriarchalia versantia duntaxat
231. circa ea quae praecisè spectant ad Jurisdictionem Capituli essent facta extra visitationem, et extra synodum, et adversarentur mandatis à Capitulo factis, deberent praevalere mandata Capituli mandatis Patriarchalibus, ut distinguit Murga Disquis. Moral. part. 1 tract. 1 disquisit. 5. num. 28. et seq. ubi loquendo de contrarijs Ordinationibus Praelati Regula-
„ ris, et Episcopi, sic ait = Aut contrarietas Decreto-
„ rum, seu Ordinationum est in his, quae ad jura Prae-
„ lati regularis, et Monasterij cui Ecclesiae sunt unitae

spectant

" spectant, aut in alijs rebus, si secundum, praevalere debet
" Episcopi Ordinatio &c.
" Et paulo post prosequitur sic = si autem primum Decreta,
" abbatis et praecepta Superiorum Regularium praevalere debe-
" re censeo = Et deinde, relata doctrina Lambertini de
jure Patronatus sub. num. 29. vers. Omnia ista ita
" concludit, nempe = quod data contrarietate inter
" Episcopi, et Praelati Regularis Decreta, in ijs, quae ad
" istum, et suum spectant Monasterium, sive Vica-
" rius Ecclesiae unitae, regularis, sive saecularis Clericus
" sit, teneatur potius Praelato obedire Regula-
" ri quam Episcopo, quia Praelatus Regularis cum
" suo Conventu Patronus est Ecclesiae unitae, et etiam
" quia illius habet Dominium.

Vel vero mandata Patriarchalia respiciunt casus per-
233. tinentes ad jurisdictionem ipsius Patriarchae, et tunc
etiam saltem de congruo talia mandata sunt di-
rigenda immediate ad Capitulum, non vero ad ejus
Vicarios, ut pariter in simili casu Archiepiscopi re-
statur fuisse a se visum practicari Quarant. cit. summ.
Bullar. Verb. Archiepiscopi auctoritas vers. 27. quem
refert, et sequitur Pentrigl. de Jurisdic. Archiepi. Cap.
35. Qui Doctores ambo dicunt, quod Archiepus potest
mittere Edictum per totam Provinciam in casibus per-
tinentibus ad suam jurisdictionem; sed tamen con-
gruum est scribere Episcopo vel eo absente, Vicario Ge-
nerali, ut illud publicari, et affigi faciant.

Unde ob rationis paritatem inferri posse videtur mi-
234 nime convenire, quod Patriarcha talia mandata, seu
commissiones respicientes casus, qui pertinent ad ejus
Jurisdictionem ad alios dirigat, quam ad solum Capi-
tulum, velut Praelatum, Rectorem, et Caput omnium

pecu-

Ecclesiarum ei pleno jure subjectarum ut recte deduci tur ex ijs, quæ tradit Nicol. in flosculis verb. Cura num. 13. et ex ijs, quæ in alijs terminis fuerunt firmata per Rot. coram Cerro. Decis. 89. num. 12.

1235 Nec juvat dicere pro parte Patriarchæ, quod si Capitulum Civitatis est ipsi ita subjectum ut ei valeat præci pere quidquid pertinet ad suum Officium; multo magis sic erunt eidem Patriarchæ subjecti Vicarij alijque de Districtu Jurisdictionis Capitularis; ideoque sicut potest sua mandata quæcumque ad Capitulum immediate dirigere, sic possit etiam ea dirigere ad Vi carios, aliosque de Districtu Capitulari; siquidem vulga ta Regula est: Si vinco vincentem te, multo magis vinco te; ut desumitur ex L. de accessionibus ff. de divers. et temporal. præscrip. et ex can. Ro ganus cau. 24. Quæst. 1. nec non ex cap. auctori tate de concess. præbend. in 6.

1236 Nam, Regula illa et jura, quibus innititur, non procedunt, quando eadem vis, seu causa, quæ est in vincente te, non concurrit in eo qui vincit vincentem te; est au tem talis vis in Capitulo Civitatensi vincente suos Vi carios, aliosque sibi immediate subjectos, quæ non reperitur in Patriarcha vincente ipsum Capitulum, quia Capitulum habet in actu, et quoad jus exerci tii Jurisdictionem Ordinariam et quasi Episcopalem respectu suorum Vicariorum, omniumque Ecclesia rum sui Districtus; Patriarcha vero, licet habeat jurisdictionem Ordinariam tam in habitu quam in actu respectu Capituli, tamen respectu subdito rum ipsius Capituli habet dictam jurisdictionem Ordinariam duntaxat in habitu, non autem in

actu

actu, nisi in casibus limitantibus, Regulam stantem in eodem Capitulo.

Ideoq; sicut Archiepus, etsi habeat in Episcopos suos suffra-
237. ganeos Jurisdictionem Ordinariam, vi cujus potest ipsdem praecipere, quae ad ipsorum spectant officium, videlicet ut in Ecclesijs suis resideant, justitiam subditis administrent et alia hujusmodi faciant ad quae tenentur, ac nisi ea praestent, potest illos compellere per censuras Ecclesiasticas, ut habet cap. Romana §. fin. de Offic. Judic. Ordinar. et docet Barbos. lib. 1. Juris Eccles. univer. cap. 7. num. 18. et seqq. singula amplius deducens ex can. 1. et seqq. cau. 9. quaest. 3. et ex cap. Pastoralis §. 1. cit. tit., ubi Abbas num. 2. inde concludit, quod Archiepus sit Judex Ordinarius omnium Episcoporum suae Provinciae, ac de eorum excessibus parvis possit cognoscere, ipsosque suffraganeos Episcopos punire cap. quia cognovimus caus. 10. quaest. 1.; quod tamen hodie non procedit nisi servata forma praescripta a Concil. Trid. sess. 24. de Refor. cap. 5.

Ita multo tamen minus in subditos Episcoporum suffraganeo-
238 rum Jurisdictionem Ordinariam non habet nisi in casibus a jure expressis, ut Canonistae communiter tradunt et habetur in can. Nullus, et in can. Conquestus caus. 9. quaest. 3. et expressius in cit. Cap. Pastoralis de Offic. Judic. Ordinar. dicitur de Archiepo quod in subditum suffraganei exercuit quibusdam articulis nullam habeat potestatem. Concordant cap. Duo simul citato tit. de Offic. Judic. Ordinar. et Cap. Venerabilibus §. 1. de Sentent. excomun. in 6. Cum similibus: idque merito statutum fuit, ne si suae unicuique

Episcopo

Episcopo Jurisdictio non servetur Ecclesiasticus Ordo Confundatur.

Quæ autem a Sacris Canonibus fuerunt præscripta
239 de Archiepiscopo respectu Episcoporum Suffraganeorum, et Eorum Subditorum, debita cum proportione possunt applicari casui, de quo impræsentiarum agitur; quamvis enim paritas ista in nonnullis claudicet, in pluribus tamen subsistit, et præsertim quoad effectum, ne Patriarcha in ijs, quæ pertinent ad Ordinariam, et quasi Episcopalem jurisdictionem Capituli Croitensis, quidquam directe, ac immediate præcipiat, aut respective prohibeat Vicarijs Curatis, seu alijs quibuscumque immediate subjectis eidem Jurisdictioni Capitulari.

Quod si Contingat Capitulum fore negligens in de-
240 mandando, et in compellendo suos Vicarios, aliosque subditos respective ad executionem eorum, quæ Patriarcha jure potest præcipere Capitulo, ut in ejus Districtu observentur, quemadmodum sunt Constitutiones Synodales, et Ordinationes factæ occasione Visitationis Patriarchalis, dummodo nihil contineant, quod vergat in præjudicium Jurisdictionis, Privilegiorum, Prærogativarum, et quorumcumque aliorum jurium Capitularium: Sane negari non poterit, quod Patriarcha in hujusmodi casu possit sua mandata dirigere ad eos, qui Capitulari Jurisdictioni essent immediate subjecti.

Volunt enim Sacri Canones, ut quorumcumque Præla-
241 torum negligentia supplenda sit, ne Ecclesia vel

subdita

subditi eorum damnificentur temporaliter, vel spiritualiter, cap. 2. et cap. ult. de supplenda negligentia Prelator.; siquidem potestas exequendi quod negligenter omnittitur, transfertur ad alium, et quidem ordinarie ad proximum superiorem, cap. quamquam de elect. in 6. gradatim ascendendo usque ad summum Pontificem: Itaque postulat Hyerarchiae Ecclesiasticae ratio, qua superiores debent invigilare Inferioribus.

Verum priusquam Patriarcha, in casu supplendae negligentiae Capituli Civitatensis, tanquam Prelati inferioris sibi immediate subjecti, posset ad ejusdem Capituli subditos dirigere respective, et opportuna mandata, deberet ipsi Capitulo praefigere terminum congruum pro emendanda ea negligentia, in qua fuisset deprehensum, quo elapso, et negligentia non emendata, tunc primum posset Patriarcha procedere ad supplendam negligentiam, praecipiendo et mandando quibuscumque Capitulo subditis prout eidem Patriarchae magis expedire videretur; sic enim disponit cap. irrefragabili §. Excessus de Offic. Ordinar. ac tradit Abbas ibid. num. 2. et Card. Tuscus Lit. N. concl. 134. et 135. post Calderin. consil. 192. aliique communiter.

2 42 Ipsemet Patriarcha Joannes Grimani more dictum juris ordinem servavit: Cum enim praetenderet quod idem Capitulum stantibus nonullis Decretis Concil. Trid. sua Jurisdictione Ecclesiastica in pluribus abuteretur contra dispositionem eorundem Decretorum, non jam direxit ad Vicarios Curatos, aut ad Clerum Jurisdictioni Capitulari immediate subjectos ullum mandatum, ne in eis

vel

vel illis parerent Capitulo, sed ad ipsum Capitulum transmitit suum Monitorium de anno 1585.; sicq agnovit, quod quidem Capitulo poterat directè præcipere, non verò Personis Capitulari Jurisdictioni immediatè subjectis.

243. Reliqui Patriarchæ quoq istam veritatem proprijs eorum factis identidem comprobarunt, eamq comprobavit etiam præsens Ilmus Patriarcha, non semel, sed sæpius præsertim autem occasione primæ, ac novissimæ suæ Synodi; Cum enim Capitulum Civitatense ob motiva, quæ ab ipsomet Ilmo tunc Ilmo Patriarcha pro aequis et rationabilibus fuerunt habita, non interfuisset eidem Synodo, nulli ex Vicarijs ipsius Capituli fuit a Curia Patriarchali factum mandatum de interessendo dicta Synodo: ideoq nequit intelligi, quam ob causam in quibusdam casibus longè aliter fuerit observatum, et intendatur observare in casu de petendis informationibus a Vicario Curato Campililei pro concedenda Communitati de Valle Soffumbergi licentia ædificandi novam Ecclesiam.

244. Quale autem, ac quantum præjudicium juribus Capituli Civitatensis inferreretur si dictæ Communitatis preces a Curia Patriarchali acceptarentur, informationes a Vicario Campilli exquirerentur, et licentia de ædificanda nova Ecclesia concederetur, non attenta valida, et sufficienti licentia ab eodem Capitulo concessa; adeo evidenter constat ex hactenus dictis, et repetitis, ut nihil plus videatur posse desiderari.

Verum respondentis animos velut jura tam insignis Ecclesiæ agnoscens justeq flagrans desiderio

eximendi

eximendi Rmum Capitulum ab illis etiam præjudicijs,
in quæ inconsultò semetipsum conjecisse videtur; ne-
quit non improbare, quod ejus Archidiaconus in Pla-
nis acceperit Emum Patriarcham Card., ad effectum
impetrandi ab ipso facultatem primum ædificandæ
Ecclesiæ lapidem benedicendi, ac ponendi, unde post
habitam illam responsionis partem, quod, quando Com-
munitas de Valle Soffumbergi supplicaverit ipsi Emo
Patriarchæ, et Vicarius Campilei suas dederit infor-
mationes favorabiles, tunc deliberabit de conce-
denda licentia ædificandi novam Ecclesiam, me-
ruit audire hanc, videlicet, quod dein non habebit
difficultatem eidem Archidiacono impertiendi fa-
cultatem benedicendi, et ponendi primum lapidem.
Quod verò digna sit improbatione præmissa petitio
96. constat ex eo, quod ad ipsum Capitulum privativè
ad Patriarcham, loquendo extra casum visitatio-
nis Patriarchalis, pertineat non solum jus conceden-
di licentias ædificandi novas Ecclesias, prout ex-
hactenus dictis probatum est ad evidentiam, sed
etiam jus designandi locum, ponendi primum lapi-
dem, et benedicendi easdem Ecclesias in toto districtu
suæ Ordinariæ, et quasi Episcopalis Jurisdictionis,
quemadmodum ad evidentiam quoque constare debe-
bit cuilibet perpendenti sequentia motiva, et ra-
tiones.
Et quidem cumprimis certum est, quod mox recensiti
97. actus non sunt Ordinis Episcopalis, nec ad ejusdem
Ordinis potestatem referri debent, ne quidem ex sola

Laudabili

laudabili Catholicæ Ecclesiæ consuetudine, aut destinatione; sed dependent duntaxat a potestate Ecclesiasticæ Jurisdictionis Ordinariæ, vel a titulo alicujus Privilegij Apostolici expressi, aut præsumpti. Quamvis enim jura, et Doctores plerumque dicant ad munus Episcopale pertinere præfatos actus, ut videre est apud Azor. Institut. Moralium part. 2. lib. 9. cap. 13. quæst. 4. Barbos. in jus Eccles. univers. lib. 2. cap. 2. num. 17; tamen in Episcopo non considerant Potestatem Ordinis, sed Potestatem solius Jurisdictionis; et ideo nonnulli ex ipsis Doctoribus, signanter autem Ricc. in prax. par. 4. resol. 219. num. 2. loquendo de præfatis actibus, potestatem eos exercendi promisque attribuunt Episcopo vel Prælato, et Thesaur. Disquisit. Moral. tom. 1. tract. 1. disquisit. 13. num. 15. 24. et 25. agendo in specie de designatione situs pro nova Ecclesia ædificanda, docet expresse eum esse actum mere jurisdictionis.

Quod autem præter designationem loci, etiam crucis fixio, et primi lapidis positio, dependeant duntaxat a potestate Jurisdictionis, non vero a potestate Ordinis Episcopalis, clare constat ex ijs, quæ Reiffenstuel in jus Canonic. univers. ad tit. de Ecclesijs ædificandis vel reparandis §. 1. num. 6. tradit diserte: » Requiritur ut antequam ædificetur Ecclesia, » Episcopus ad locum futuri ædificij veniat, ibidem » atrium designet, Crucem figat, et primam lapidem » ponat. Barbos. libr. 2. jur. Eccles. univers. cap. 2. num. » 17. Engel. hoc tit. num. 7. Pirhing. eod. num. 13.

Azor.

" Azor. part. 2. lib. 9. cap. 3. quaest. 4. Sextus, et Glos.
" in Can. nemo Ecclesiam, de consecrat. dist. 1.

" Ibidemque paucis interpositis, prosequitur sic = In quibus
249 " textibus licet de positione primi lapidis nulla fiat
" mentio, tamen Doctores citati cum communi alio
" rum, et Glos. in can. 1. caus. 1. quaest. 2. etiam de
" primo lapide, praefatos textus interpretantur: id quod
" confirmat Consuetudo optima legum interpres cap.
" cum dilectus, de Consuetud. Potest autem Episcopus
" etiam per alium Crucem figere, ac primum po-
" nere lapidem, ut cum communi docet Barbos.
" loc. cit. Azor. loc. cit. quaest. 4. Engel loc cit. num.
" 3., atque Glos. cit. Can. nemo 9., de consecrat. Eccles.
" 1. V. veniat. Ratio est; quia potest quis per alium
" quod potest facere per se ipsum, cap. 168. de Regul.
" jur. in 6.° praesertim cum praefati actus
" non pertineant ad potestatem Ordinis
" sed Jurisdictionis, quam alteri etiam non Epis
" copo delegare potest Episcopus san. aqua de Consecrat.
" Eccles.

Et sane, si concessio licentiae de aedificanda Ecclesia non
250. est actus dependens a potestate Ordinis sed a potesta
te Jurisdictionis, videtur, quod non ab illa, sed ab hac
potestate dependeant etiam actus assignationis loci,
et positionis primi lapidis, ad tradita per Card. Petra
tom. 1. ad constitut. 12 Paschalis II. sec. 1. num. 61.
" ibi = Cum igitur, quod facultas concedendi licentiam
" aedificandi spectet ad Episcopum, consensus vero

pro

" pro praejudicio spectet ad Parochum = et paulo post = et
" ponitur ab Episcopo primus lapis cum Cruce, Card.
" Albit. post Cardin. De Luca de jurisdict. discept. 1. num.
" 13.; nisi enim adsit auctoritas Episcopi nequit esse
" locus Ecclesiasticus, ut plene Thurga disquisit. moral.
" et can. tom. 1. disquisit. 2. num. 11. et disquisit. 10.
" num. 5.
" Et in num. 63. ibidem leguntur formalia = nam debet
261. " distingui; aut consensus datur (: nempe a Parocho)
" pro praejudicio, quod timetur, et non procedit Conclusio,
" aut pro auctoritate, et jurisdictione, et tunc cur-
" rit argumentum; alias daretur potestas in eo (: vi-
" delicet in Parocho) qui eam non habet, contra Regulam,
" = nemo dat quod non habet = de Regulis Jur. in 6. Et
" ita distinguit Rota cit. decis. 17. num. 4. et 5. post
" Antonell. de oner. Cleric.; nam sicuti pro licentia
" est requirendus Ordinarius uti Dominus, ita Paro-
" chus pro praejudicio = Ex qua doctrina colligitur
quod Episcopus in danda licentia aedificandi no-
vam Ecclesiam, et in ponendo primo lapide cum
Cruce non procedat cum potestate Ordinis, sed cum
auctoritate, et cum jurisdictione, idest procedat
tanquam Dominus:
Ulterius docet laudatus Card. Petra loc. cit. sub num.
262. 86. quod sufficiat, ut tam Ecclesia, quam Oratoria
sint auctoritate publica erecta, ac destina-
ta ad ministranda sacra, ut sit locus sacer, etsi
careant consecratione, aut benedictione formali;
et num. 95. ait, quod si Oratoria essent consecrata

vel

vel praevijs caeremonijs impositionis primi lapidis benedicta, et auctoritate publica cultui Divino perpetuo dicata, requiratur Dos; ex hoc autem loquendi modo recte infertur, impositionem primi lapidis et benedictionem Ecclesiae esse actus dependentes ab auctoritate publica, quam habet non solum Episcopus, sed etiam quilibet Praelatus Episcopo inferior, habens Jurisdictionem Ordinariam, et quasi Episcopalem.

Magnum pondus pro hujus veritatis confirmatione adjicit auctoritas Monacell. rebus in hisce materijs valde versati, et practici; ipse namque Auctor part. 3. sui formular. legal. practic. in Appendice pag. 281. impress. Venet. sic habet = Se poi al Vescovo novello, stando alla Residenza, o fuori della residenza, occorresse dimettere la prima pietra per la fabrica di qualche nuova Chiesa, e non potesse per qualche legitimo impedimento, ò non volesse far egli una tal funzione non essendo atto d'ordine Episcopale, ma di giurisdizione, potrà commetterla à qualche Sacerdote =.

Et pagina 285. cit. part. 3. loquendo de benedictione Ecclesiae ait = E se si domandasse, perche il Vescovo possa delegare la benedizione della nuova Chiesa, ed anco la riconciliazione quando fosse polluta ad un semplice Sacerdote, e non possa poi delegare allo stesso la benedizione delle suppellettili, e paramenti sacri, nei quali non si adopera la sacra unzione, si risponde in due maniere. Prima, perche la delegazione della benedizione della Chiesa viene concessa nel Pontificale, e si

tua

" Rituale Romano. Secondo; perchè questa benedizio
" ne è atto di giurisdizione; ma la benedi=
" zione de paramenti sacri si da dal Vescovo in
" virtù dell'Ordine Episcopale; percio non è delega
" bile senza l'indulto della Sacra Congregazione de
" Riti =
" Soggiunge pagina immediate antecedenti hæc habet = Terzo,
258 " che se la nuova Chiesa si dovrà fabricare in qualche
" luogo esente si ricerca in tal caso la licenza della
" sede Apostolica, la quale è l'Ordinario degl'esenti;
" ma ottenuta, che sia il Prelato inferiore del luo
" go esente potrà delegare la facoltà, che quella
" sia concedutta; poichè avendo ottenuto la licenza
" di fabricare la Chiesa, s'intende anche concessa la
" facoltà di benedirla, essendo atto di giurisdizio
" ne, e non d'Ordine Episcopale =; Et hic
etiam docet Marchett. in prax. Vicar. Capitul. pag.
171. num. 15. demonstrando, quod ad Vicarium Ca
pitularem, vacante sede Episcopali, pertineat fa
cultas concedendi licentias, ædificandi novas Eccle
sias, et easdem benedicendi.

Nemo autem est, qui ignoret, Capitulum Cathedra
256 lis Ecclesiæ, sede Episcopali vacante, non succe
dere in ijs, quæ sunt Ordinis Episcopalis, sed tan
tum in ijs, quæ sunt Iurisdictionis Ordinariæ,
et quidem exceptis etiam aliquibus casibus in iu
re expressis; ideoque hæc, et non alia potestas
pertinet ad Vicarium Capitularem, quamvis vero ipsa
met Iurisdictio Ordinaria, quam idem Vicarius
potest exercere, sit valde coarctata et limitata,
nihilominus tamen iuxta sententiam omnium

Canonistar.

Canonistarum, eidem Vicario competit facultas concedendi licentias de aedificandis novis Ecclesijs, easq benedicendi, et etiam ut acquiratur jus Patronatus; Ruziant. in summ. bull. verb. c. sed. vac. quaest. 9. Lambertin. de jure patronatus lib. 1. part. 1. quaest. 5. art. 9. Pavin. de potest. capit. sed. vacan. part. 5. quaest. 1. num. 5. Garzial. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 99. Tzorbos. de Episc. part. 1. allegat. 70. num. 12. quos citat et sequitur Pellegrin. in prax. Vicar. part. 1. sect. 4. subsect. 2. de Vicar. capit. Cathedral. Eccles. num. 15.

Quamvis autem ipse Pellegrinus cit. loco non exprimat
257. facultatem benedicendi et ponendi primum lapidem, et benedicendi Ecclesiam; id tamen est necessario subintelligendum; nam potestas dandi licentiam de aedificanda nova Ecclesia, comprehendit etiam facultatem benedicendi, et dandi licentiam ut benedicatur ac ponatur primus lapis nec non ut benedicatur Ecclesia; siquidem haec facultas continetur in illa tanquam pars in toto, et species in genere; ideoq subintrat dispositio regulae 53. juris in 6°. = cui licet quod est plus, licet utique quod est minus = et leg. 21. ff. eodem tit. quae ait = Non debet cui plus licet, quod minus est non licere =.

Ratio est; quia Canones ideo Vicario Capitulari dant
258. potestatem concedendi licentias pro aedificandis novis Ecclesijs, ut, exigente necessitate, vel suadente utilitate, ipsae Ecclesiae publica auctoritate destinentur, ac deputentur ad ministranda sacra; iste finis autem nequit obtineri nisi mediante aedificij inchoatione, pro qua requiritur loci designa-

tio

designatio crucis fixio, et primi lapidis impositio, nec non mediante successiva Ecclesiae aedificatae publica et formali deputatione, quae pro sacris in ea ministrandis, fit vigore illius actus, qui Ecclesiae benedictio dicitur, appellatione desumpta a quibusdam precibus, quae ea occasione funduntur ex praescripto Ecclesiae, quod continetur in Rituali Romano = ...

259 Debet itaque inferri, quod si dictus Vicarius Capitularis, alius, et quilibet Praelatus gaudens Iurisdictione Ordinaria, et quasi Episcopali, potestatem habet concedendi licentiam aedificandi novam Ecclesiam, habeat etiam facultatem tam per se, quam per alium designandi situm, figendi Crucem, benedicendi, et ponendi primum lapidem necnon benedicendi Ecclesiam aedificatam; cum omnes isti actus sint Iurisdictionis, non autem Ordinis Episcopalis; secus enim inutilis, ac vana effecta esset potestas concedendi licentiam de aedificanda nova Ecclesia, quod est contra finem legis eam tribuentis; quaelibet autem Lex est ita intelligenda, ut ejus dispositio potius valeat, quam pereat, Abb. in cap. Cum super 8. Mutuo adversantibus de Offi. Delegati et Doctores communiter, ac patet ex cap. Abbate de verb. signific. ibi = Profecto sic intelligenda sunt illa verba ut res de qua agitur, valere possit potius, quam perire = et concordat tex. l. quoties in actionib. ff. de reb. credit. et l. 1. §. 1. cod. de rei uxoriae action. . . . .

Et hoc adeo verum est, ut ubi opus fuerit, ac fieri potest pro obtinendo actu, sive ut is non reddatur

inutilis

inutilis, etiam verba sunt impropriandi: prout demonstratur ex leges. si uno. ff. locati et L. si cum ante cod. de donation. ante nuptias, vel non ex L. et pro §. 1. ff. familiae herciscund. ubi Gloss. verb. non communicari, et Baldus in cap. ultimo num. 3. de translat. Episcop. Cardin. Tusc. litt. V. conclus. 95 num. 1 et alij; et quidem improprietatio est facienda secundum subiectam materiam, sive contrarium actus, ut evitetur absurdum inutilitatis, et superfluitatis cap. solitae §. verum, de major. et obed. cap. si Papa de Privilegijs in 6. et Gloss. ibi concedens. cum effectu.

Nec subsistit objectum, quod praefata ratio nimis multum probet, quasi vero, si ea subsisteret, a potestate concedendi licentiam de aedificanda nova Ecclesia deberet posse etiam inferri facultas Ecclesiam consecrandi: nam certum est, quod consecratio dependeat a potestate Ordinis Episcopalis, vel ad eam sit referibilis; ideoque ex nequit profluere a Potestate Jurisdictionis, cujus est concedere licentiam de aedificandis Ecclesijs: Deinde est pariter certum, quod finis legis tribuentis Potestatem concedendi ejusmodi licentias possit obtineri sine consecratione, non vero sine designatione situs, positione si primi lapidis, et Ecclesiae benedictione velut importante ejus deputationem pro sacris ministrandis.

Constat enim tam ex praeaddnetis doctrinis, quam ex continua praxi et consuetudine, non esse

necessa

necessariam Ecclesiae consecrationem, ut in ea sa-
cra administrentur; imo ista solemnitas in
pluribus Orbis Christiani partibus est reserva-
ta duntaxat Cathedralibus Ecclesiis, et aliis
insignibus: bene vero necessaria est benedictio
in quantum ea continet deputationem, auctori-
tate publica factam ad dictum effectum sacrorum
administrandorum, et ut Ecclesia vere locus sacer
evadat. Igitur etsi ex potestate Jurisdictionali,
a qua dependet concessio licentiae pro aedifi-
canda nova Ecclesia, nequeat inferri facultas
Ecclesiam consecrandi, in quantum actus consecra-
tionis dependet a potestate Ordinis Episcopalis;
potest tamen, et debet inferri facultas designan-
di situm imponendi primum lapidem, et bene-
dicendi Ecclesiam, quia isti actus sunt jurisdictio-
nales, et in potestate concedendi licentiam de
aedificatione Ecclesiae continentur tanquam
pars in toto, seu tanquam species in genere, et
secus, ut dictum est, inutilis, et frustranea red-
deretur simplex licentia aedificandi Ecclesiam.
Non sine ratione additum est, in quantum actus
consecrationis dependet a potestate Ordinis Epi-
scopalis; nam videtur actum consecrationis Ec-
clesiae aliquando continere in se duplicem re-
spectum, quorum unus connotet potestatem Ju-
risdictionis, alter potestatem Ordinis Episcopalis:
In eo enim quod Ecclesia procedenter ad conse-
cratio

consecrationem non fuit deputata ad usum sacrum ab habente publicam auctoritatem, ut potest fieri mediante simplici benedictione, consecratio, in quantum continet in se hujusmodi deputationem, videtur esse referibilis ad potestatem Jurisdictionis et in quantum continet solemnitatem Dedicationis, principaliter consistentem in sacra unctione, referenda est ad potestatem Ordinis Episcopalis: In casu vero, quo Ecclesia jam fuit per actum publicae auctoritatis deputata ad usum sacrum, superveniens consecratio videtur esse actus unicè dependens a potestate Ordinis Episcopalis.

Quidquid tamen sit de hoc certum est, quod impo-
260 sitio primi lapidis, et benedictio Ecclesiae duo in se contineat videlicet actum Jurisdictionalem et formam quarumdam precum quae occasione actus Jurisdictionalis debent adhiberi ex mandato Ecclesiae, quin tamen intercedat ulla sacra unctio: unde constat; in impositione primi lapidis, et in benedictione Ecclesiae, multoque minus in designatione situs, et infixione Crucis, nihil esse reperibile quod referri debeat ad potestatem Ordinis Episcopalis: Ritus autem et certa verborum formae, quibus fiunt impositio primi lapidis et deputatio Ecclesiae, non unicè dependent a sola potestate Ordinis sacerdotalis, uti ab eo dependent plurima actio-

ne

benedictiones, quorum aliquæ fiunt etiam cum sacra unctione, ut est benedictio aquæ Baptismalis.

Non obstat quod in Rituali Pauli V. vim Legis habente dicatur per sacerdotem cum facultate ab Episcopo obtenta posse imponi primarium lapidem, ac Ecclesiam benedici, juxta formam precum, et cæremoniarum in eodem Rituali præscriptarum: Nam etiam hic recurrit illa sæpe data responsio, quod nomine Episcopi, cum agatur de actibus Jurisdictionalibus, veniat quilibet Prælatus inferior habens Jurisdictionem Ordinariam, et quasi Episcopalem, minusque difficultatem facescit certus ille ritus verborumque forma in explendo dictos actus adhibendis; quia etiam in danda absolutione ab excommunicatione pro foro externo est observandus ritus et quædam verborum formæ in ipso Rituali præscriptis; et tamen nemo dixerit, actum hujusmodi absolutionis pendere a potestate Ordinis Episcopalis; cum sit infallibile eum pendere duntaxat à potestate Jurisdictionis.

Quod dicti actus, videlicet, designari situm, crucem figere, imponere primum lapidem, et benedicere Ecclesiam, sint omnes dependentes a potestate Jurisdictionis non vero a potestate Ordinis Episcopalis, convincitur etiam ex eo, quod

quod nullus extet canon, nullum Decretum concilia-re, nullaque Constitutio Pontificia, ex qua possit contrarium demonstrari; et ne quidem extat ulla laudabilis consuetudo ab Ecclesia approbata, vi cujus præfati actus essent dignitati Episcopali reservati cum exclusione Prælatorum inferiorum habentium Jurisdictionem Ordinariam, et quasi Episcopalem.

In Canon. Quamvis dist. 68: enumerantur 126. consecrationes Presbyterorum, Diaconorum, Virginum, Ecclesiarum, et Altarium, confectio Chrismatis, et Confirmatio, ipsæque sacræ actiones videntur expresse Ordi Episcopali reservatæ per ea, quæ dicunt Doctores in cap. aqua de Consecrat. Ecclesiæ, et in cap. Quando de Consuet., inter quos Abbas num. 13: Fagnan. num. 13. qui advertunt quoad alias benedictiones, præsertim in quibus unctio non requiritur, nullo canone, nulloque canonica doctrina id esse sancitum.

Ideoque communiter tradunt Canonistæ, reliquas Consecrationes, et benedictiones, non expressas in dicto can. Quamvis, quas hodie tanquam ministri ordinarij exercent Episcopi, eis fuisse addictas ex laudabili consuetudine, et approbatione Ecclesiæ ratione dignitatis Episcopalis, Barbos. De potest. Episcopi part. 2. Allegat. 28. num. 56. Murga Disquis. forens. tom. 1. tract. 2. disquis. 11

num.

num. 2. Sambucin. de jur. Abbat. Disput. 22. quaest. 1. num. 2. Saulay in panopl. sacerdotal. part. 1. lib. 8. cap. 10. art. 1. et part. 2. lib. 2. cap. 6. art. 22. §. forma. Ejus Azor. part. 2. lib. 9. cap. 5. quaest. 5.

Inferunt proinde citati Doctores, quod Papa omnes consecrationes, et sanctificationes alias dependentes ab ordine Episcopali, excepta consecratione Episcopi, Presbyteri, et probabiliter etiam Diaconi, velut de jure divino annexas eidem ordini, ab ipso possit seiungere, et committere simplici sacerdoti, saltem de potestate sua absoluta, et de facto plura per Papam fuere concessa privilegia, vigore quorum Abbates, et etiam simplices sacerdotes possunt peragere consecrationes de jure Divino non reservatas Ordini Episcopali. Quamobrem ejusmodi privilegiis possunt Abbates se tueri in possessione, vel quasi peragendi aliquas consecrationes, et benedictiones, cum laudabili Ecclesiae consuetudine attributas Episcopis ob eorum dignitatem.

Non vero possunt se tueri tit. consuetudinis, vel prae-
170 scriptionis simpliciter talis, ut bene docent Barbosa de jure Eccles. lib. 1 cap. 17. num. 62. et 63. et de potest. Episc. part. 2. alleg. 27. num. 56. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. ultimo num. 2. cum seqq. Azor instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 28. quaest. 2. Lezana

in summa

in summa cap. 18. num. 58.; ratio est; quia ut dicitur in summario cap. quanto de consuet. Consuetudo non potest operari ut Clericus non Episcopus possit exercere ea, quae sunt reservata Ordini Episcopali; sive de iure sint divino, sive humano pertineant ad eundem Ordinem, ut cum communi aliorum recte observat Pirhing. de consuet. num. 90. argum. cit. cap. Quanto, ubi reprobatur consuetudo, vi cujus Sacerdotes conferebant confirmationem, cum tamen potestas eam conferendi ex sola dispositione, seu lege Ecclesiastica spectet ad Ordinem Episcopalem.

271. Ut igitur consecrationes, et sanctificationes sint imprascriptibiles a Praelatis Episcopo inferioribus, non requiritur; ut Ordini Episcopali sint addicta de jure divino, vel ex Ecclesiae positivo, et expresso praecepto; sed sufficit, quod ad ordinem Episcopalem referantur saltem ex laudabili consuetudine ab Ecclesia approbata; adhuc enim qualibet consuetudo, seu praetensa praescriptio super his introducta dicitur corruptela, ex mente Innocentij III. in cap. Aqua de Consecrat. Ecclesiar. et late exornant Sagnon. in cit. cap. Quanto num. 132. cum pluribus segg. et Abbas num. 2.

272 Unde constat, non omnia, quae sunt acquisibilia privilegio, posse acquiri consuetudine, seu praescriptione saltem immemorabili; quia ad acquirendum tit.° consuetudinis, vel praescriptionis requiritur capacitas possessionis, sine qua consuetudo, et praescriptio non currit cap. 13. de regul. juris in 6.; non sic autem ad

acqui-

acquirendum titulo privilegij, utpote cui non obstat incapacitas a jure humano introducta: et hinc est, quod etsi simplex Sacerdos per privilegium possit acquirere potestatem conferendi Ordines minores et Sacramentum Confirmationis, non tamen potest eam acquirere consuetudine, aut praescriptione, quia est incapax possessionis, et nullus est canon, seu lex Ecclesiastica, aut Doctrina canonica, in qua dicatur ejusmodi potestatem posse per simplicem Sacerdotem acquiri consuetudine, seu praescriptione, ut notant Sambucin. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 20. quaest. 1. num. 5. verb. Hac autem; Cardin. Petra tom. 3. in 13. ad constit. 6. Urbani IV. num. 24. Reiffenstuel. in jus Canon. univers. tit. de consecrat. Eccles. §. 2. num. 15. et alij.

Ex hucusque dictis circa actus dependentes ab Ordine Episcopali videtur posse inferri, eos omnes esse reducibiles ad quattuor classes, quarum prima comprehendat illos, qui ex jure divino veri sunt Ordinis Episcopalis, ut est consecratio Episcoporum, Presbyterorum et etiam saltem probabiliter Diaconorum; altera includat illos, qui ex ipso Ecclesiae praecepto sunt adducti et annexi eidem Ordini, quales sunt reliqui enumerati in cit. can. Quamvis dist. 68. videlicet consecratio Ecclesiarum, Altarium, Virginum, confectio Chrismatis, et confirmatio. Tertia contineat illos actus benedictionum, seu consecrationum in quibus intervenit sacra unctio ita ex laudabili consuetudine ab Ecclesia approbata reservabiles ad potestatem Ordinis Episcopalis, ut facultatem

tatem eos exercendi ipsi Episcopi nequeant committere, sim-
plicibus Sacerdotibus, ne quidem vigore talis Indulti, quod
solet concedi a Sacra Congregatione Rituum, prout sunt
consecrationes Calicum, et Patenarum, nec non benedic-
tiones Campanarum item reconciliatio Ecclesiae conse-
cratae &c; quarta demum complectatur illos actus ut
supra referribiles ad Potestatem Ordinis Episcopalis,
in quibus non adhibetur sacra unctio, eosque possunt
Episcopi committere etiam Sacerdotibus simplicibus vi-
gore Indulti Pontificij, seu dictae Sacrae Congregationis,
ut sunt benedictiones indumentorum Sacerdotalium,
Corporalium, linteaminum Altaris &c.

Si autem designatio loci, fixio Crucis, benedictio, et Im-
274. positio primi lapidis, nec non benedictio Ecclesiae, essent
actus quomodocumque, ac qualitercumque referribiles ad
Potestatem Ordinis Episcopalis, profecto deberent
comprehendi sub aliqua ex dictis quatuor classibus,
et tamen sub nulla earum, ne quidem sub ultima
comprehenduntur; experientia enim docet et conti-
nuus Curiarum Episcopalium stylus demonstrat, quod
in Litteris patentibus, per quas vigore Indulti Sacrae
Congregationis Rituum ab Episcopis communicatur sim-
plicibus Sacerdotibus, aut alijs in dignitate Eccle-
siastica constitutis facultas exercendi actus quartae clas-
sis, nullatenus comprehendatur facultas designandi lo-
cum, figendi Crucem, benedicendi, et ponendi primum
lapidem, necnon benedicendi Ecclesiam; ideoque hujusmo-
di actus etiam non exercent habentes dictas Patentes;

sed

sed ut ipsi actus legitimè, ac validè peragantur, toties quoties solet fieri Episcopalis Delegatio; idque practicari quoque a Curia Patriarchali

Ex Ejusmodi autem praxi, et stylo, fortissimum de
275 promitur argumentum, quod designatio loci, positio primi lapidis, et benedictio novae Ecclesiae, non sint actus quoquo modo dependentes a Potestate Ordinis Episcopalis; sicque semper magis firmata, et constabilita manet praemissa veritas, quod dicti actus dependeant a Potestate Jurisdictionis Ordinariae, et quasi Episcopalis, qua gaudens potest eos exercere, tam per se, quam etiam per simplicem Sacerdotem mediante delegatione ad hunc effectum specialiter facienda; cum aliunde ad solam potestatem Ordinis Sacerdotalis sint referendae simplices illae, ac verbales benedictiones, quae in impositione primi lapidis, et in effectiva benedictione Ecclesiae adhibentur, quasi concomitanter ad actum dependentem a publica authoritate, idest ab Ecclesiastica Jurisdictione Ordinaria, pro deputatione loci ad sacra ministranda.

276 Demum pro majori confirmatione ejusdem veritatis facit etiam doctrina, quam Reinfestuel in jus Canonic. univers. tit. de Consecrat. Ecclesiar.
» §. 1. num. 28. tradit his verbis = Si polluitur Ec-
» clesia, quae prius solemniter nunquam fuit con-
» secrata, sed tantum simpliciter benedicta, aut
» sola authoritate Episcopi, vel Alterius, ad Divinum

cultum

» cultum deputata, data licentia, quod in eadem Divina
» celebrari valeant, tunc potest a quovis sacerdote sim-
» plici, nulla petita ab Episcopo licentia, per aspersio-
» nem solius aquae communis benedictae, seu lustra-
» lis reconciliari denuo. Communis, ac certa textu
» claro cap. final. hoc tit. ibi = Si Ecclesia non
» consecrata fuerit, aqua protinus exorcizata la-
» vetur = Imo debet statim, etiam irrequisito
» Episcopo a Rectore Ecclesiae, vel sacerdote, modo dic-
» to mundari, ut c. cap. Advertunt DD. considerat. ver-
» bi protinus; ratio ibidem habetur; ne laudis Di-
» vina organa suspendantur.

Constat igitur ex hac doctrina, quod ut in Ecclesia de novo aedificata Divina celebrari valeant, ad id requiratur licentia, quae danda est authoritate Episcopi vel alterius, videlicet habentis Jurisdictionem Ordinariam, etsi non sit Episcopus; unde infertur non solum, quod novae Ecclesiae benedictio, prout importat deputationem ad Divina celebranda, dependeat solummodo a potestate Jurisdictionis; sed etiam quod pertineat ad quemcumque Praelatum Episcopo inferiorem, qui gaudet Jurisdictione Ordinaria, et quasi Episcopali, ut eam per se, vel per alium peragat.

Eadem doctrina praebet etiam occasionem ita ratiocinandi: ideo Ecclesiae consecratae profanatio et reconciliatio refertur ad potestatem Ordinis Epi-

scopi

Episcopalis, quia ad eandem potestatem pertinet consecratio: sunt enim trita utriusque juris axiomata quod ejus juris sit actus, cujus est distractus, et quod unumquodque eo jure dissolvatur, quo fuit colligatum: igitur, si verum est, quod simplex sacerdos, etiam irrequisito Episcopo, possit reconciliare Ecclesiam tantum simpliciter benedictam, aut sola auctoritate Episcopi, vel alterius, ad Divinum cultum deputatam, data licentia, quod in eadem Divina celebrari valeant; verum etiam erit, quod simplex Ecclesiae benedictio, prout continet certas caeremonias, et preces dependeat a sola potestate Ordinis Sacerdotalis, non vero Episcopalis; et prout includit deputationem ad sacra celebranda dependeat a potestate Jurisdictionis Ordinariae.

Ideoque etiam in casu, quo est reconcilianda Ecclesia simpliciter benedicta, videtur, quod praecedere debeat licentia, seu commissio danda ab habente publicam auctoritatem Ecclesiasticam in loco, prout consuetum esse refert Laijman. lib. 5. trac. 5. cap. 5. num. 2. § Addendum tertio; Idque videtur probari ex resolutionibus sacrae Congregationis Rituum, quas refert Barbos. de Offic. et potest. Episc. Allegat. 29. num. 57. licet ipse sit in opinione, quod etiam sine hujusmodi licentia, et commissione fieri possit a Rectore Ecclesiae, etsi sit simplex sacerdos argum. cit. cap. si Ecclesia de consecrat. Ecclesiae; cui tamen opinioni intellectus non acquiescit, quia textus in eo cap. id clare non dicit; igitur videtur esse

potius

potius concludendum, quod sicut simplex Ecclesiae benedictio fieri non potest a simplici Sacerdote, etiam Parocho, nisi licentiam, seu commissionem habeat ab Episcopo, vel respective a Praelato inferiore habente in loco Jurisdictionem Ordinariam; ita nequeat fieri reconciliatio Ecclesiae etiam simpliciter tantum benedictae sine ejusmodi respectivae licentia, seu commissione; quia ipsa reconciliatio est quaedam redeputatio Ecclesiae ad divina celebranda, quae videtur debere provenire ab habente publicam authoritatem, qualis in simplici Sacerdote non reperitur.

Cum jam satis, et ultra fuerit probatum, ac demonstra-
280. tum, actus designationis loci, fixionis Crucis, positionis primi lapidis, et Benedictionis, seu deputationis novae Ecclesiae ad divina celebranda, nullatenus dependere a potestate Ordinis Episcopalis, sed dumtaxat a potestate Jurisdictionis Episcopalis, vel quasi: ut constet, quod potestas exercendi eosdem actus in Districtu Jurisdictionis Ordinariae, et quasi Episcopalis Capitali Civitatensis, pertineat ad ipsum Capitulum privative ad Sacerdotem, possunt ac debent sufficere ea, quae larga manu fuere congesta, et dilucide exposita pro firmanda regula, quae stat pro eodem Capitulo, exercendi in suo Districtu omnes et quoscumque actus dependentes a potestate Jurisdictionis Ordinariae, et quasi Episcopalis, exceptis

dumtaxat

duntaxat illis casibus, qui eandem Regulam limitant pro Patriarcha.

Cujusmodi autem casus non reperitur ille
281. exercendi actus deputationis loci, fixionis crucis, positionis primi lapidis, et simplicis benedictionis Ecclesiae; igitur isti actus cadunt sub dicta Regula, non secus ac cadit concessio licentiae de aedificandis novis Ecclesijs, quae respectu eorundem actuum est quid plus; sicut ergo talis licentiae concessio ad Patriarcham nequit pertinere, nisi occasione ejusdem Visitationis, non autem extra illam nisi agatur de supplenda negligentia Capituli; ita facultas exercendi praedictos actus nequit ad Patriarcham spectare, nisi in Visitatione, non vero extra illam, excepto casu supplendae negligentiae.

Eorundemque actuum exercendorum potestas ad Ca-
282. pitulum Civitatense, ut supra pertinens, lucidius resultat, firmiorque redditur a tot saeculorum diuturna possessione, vel quasi in qua repetitur concedendi licentias de aedificandis novis Ecclesijs; quotiescumque enim concessit Cujusmodi licentias, toties etiam successive exercuit praefatos actus designandi situm, figendi Crucem, imponendi primum lapidem, et benedicendi ipsas Ecclesias; et quidem ipsos actus exercuit tam per suos Archidiaconos, quam etiam per sacerdotes pro casibus particularibus

Delegatos

Delegatos ab ejsdem Archidiaconis, quod licite, et valide fieri potuit.

Non enim Archidiaconi Capituli Jovatensis sunt simplices
1283. Delegati; quia, si tales essent ab eorum sententijs posset appellari ad Capitulum tanquam ad superiorem Ordinarium Delegantem; quod tamen non fit; imo si forent tantum simpliciter Delegati pro quibusdam causis particularibus, ad nullam possent devenire subdelegationem, ut docet Gloss. in cap. Cum causam, V. Delegatus de appellationibus, et ibi Abbas num. 4. Fagnan. num. 2. et sequentibus aliique contra Bartolum in L. More Majorum num. 11. ff. de Jurisdict. omnium Judic.; ejus tamen opinio communiter approbatur.

Sed exercent ipsimet ordinariam Jurisdictionem, tanquam
1284. sibi a Capitulo mandatam non vero delegatam quae duo inter se proprie, ac in rigore juris loquendo, sunt diversa; siquidem Jurisdictio Delegata regulariter, ab Ordinario datur ad causas particulares; Jurisdictio mandata vero datur ad Universitatem causarum. Ita Gloss. in L. 1. ff. de officio ejus, cui mandata est V. qui mandatam, ubi post relatam aliorum opinionem ex propria mente inquit = Jurisdictionem mandari, quando universitas; sed delegari, quando species una con-

" committitur: unum tamen pro alio quandoq. po-
" nitur =. Idem tenet Covarruv. lib. 3. varior. resolut.
cap. 20. num. 11. post Socinum in L. 1. §. ultimo
ff. Quis, et a quo appelletur; atq. ex proposito re
solvit Stadinens controvers. jur. lib. III. cap. 69.
per totum, citans alios.

Quamvis igitur dicti Archidiaconi ..... proprie
non sint Ordinarij eo quod suam Jurisdictionem
non habent jure proprio, aut saltem a lege
vi proprij Officij, ut sunt Vicarij Generales Episco
porum, et Vicarij Capitulares, sede Episcopali va
cante; sed eam habent alieno beneficio, videlicet
voluntate Capituli, Nihilominus, quia Jurisdi
tionem Capitularem ita sibi habent mandatam ad
universitatem causarum, ut ipsi adiri possint tan
quam Judices Ordinarij; ideo aequiparantur Judi
cibus Ordinarijs, et merito dici possunt Judices
quasi Ordinarij iuxta Gloss. in cit. cap. Cum cau
sam, vers. Delegatus, et ibi Segnan. num. 4. de Ap
pellationibus et probatur argumento L. ult. §.
fin. Cod. Ubi, et apud quem, et ex ijs quae tradit Gloss.
in L. ult. vers. Cum specialis Cod. de Judic. nec non
ex doctrina Bartoli in dictam ... more majorum
num. 5. Alexandri Consil. 12. num. 4. lib. 6. Ma
rans part. 4. ... num. 55.

Possunt proinde dicti Archidiaconi, adinstar ordinario
286 rum subdelegare unam, vel alteram ex illis causis,

reppe

respectu quorum universitatem sibi mandatam ha bent à Capitulo Jurisdictionem sine limitatione potestatis, ád effectum subdelegandi in hoc, vel illo casu particulari; nam non solum ejusmodi po testas subdelegandi competit ijs, quibus est mandata, sed etiam ijs, quibus est delegata Jurisdictio ád uni versitatem causarum, ut tradit Hostien. in cit. cap. Cum causam de Appellat. num. 13. et ibi Jo: An dreas num. 6. et Barbos. num. 5. et Sanchez lib. 13. de Matrimon. disp. 31. num. 2. ac seqq. citans alios quorum doctrina fundatur in L. Cum Prae tor ff. de Judicijs, ibi = . Manet ergo ad evidentiam probatum quód d.ti Archidiaconi pro casibus particu laribus potuerint licité, ac validé delegare sicut etiam nonnunquam delegarunt simplicibus Sacer dotibus, seu Vicarijs Curatis Capituli, facultatem benedicendi, ac ponendi primum lapidem et aedifi catas Ecclesias, seu Capellas benedicendi, praeser tim in districtu Ecclesiarum a parte Imperij, quan do ob passuum clausuram Archidiaconis non pa tebat aditus.

Quoniam veró ex omnib. quae dicta fuerunt, pro com
87 probanda diuturnae plurium Saeculorum possessio nes, vel quasi in quá Capitulum Civitatense reperi ritur, dandi licentias ad aedificandas novas Ecclesias, con ferunt ád comprobandam etiam parem diuturnita tem possessionis, vel quasi in qua idem Capitulum

usque

usque ad hæc novissima tempora se conservavit, exercendi actus necessario consecutivos ad easdem licentias, videlicet, designandi locum, figendi Crucem, ponendi primum lapidem, et benedicendi Ecclesias: ideo ne inanis fiat repetitio, ad iam dicta est remissio [illegible]

Taliter constabilitæ potestati mox dictos actus exercen-
288 di credi non debet fuisse illatum legitimum impedimentum per hoc, quod præsens Rmus Patriarcha prætenderit, ac prætendat ad se, et non ad Capitulum pertinere hujusmodi facultatem; quamvis enim sub hoc prætextu intellexerit, ac intelligat, Archidiaconos Capitulares, ut eos actus exerceant debere a potestate Patriarchali consequi toties quoties facultatem, seu licentiam; et quamvis etiam aliqui Archidiaconi videantur proprio facto agnovisse talem prætensionem, tanquam justam, et canonicam, ipsam facultatem petendo quemadmodum contigit in casu petitæ licentiæ benedicendi, ac ponendi primum lapidem pro ædificanda nova Ecclesia in loco Vallis Sofumargi: [illegible] tamen adhuc integra, et illæsa censenda est mansisse penes idem Capitulum potestas ipsos dictos actus exercendi independenter a voluntate Patriarchali.

Non enim contraria Patriarchalis prætensio, velut
289 nulli legitimo fundamento, de quo sciatur, innixa, potuit lædere, reformare, aut abrogare dictam Capituli Civitatensis potestatem, ut cuilibet consi-

deranti

'decanti patet" sed vel etiam potuit" efficere talis qua-
lis acquiescentia capitularis et non sequuti aliqui actus
vigore quorum praetenderetur quod ipsum met capitulum
cognoverit suisque factis fuerit confessus non pertinere, sed
venerabilem [illegible] in potestatem sicque non
sit opus secundo ulla alia probatione contra capitulum
ut convictum sua propria confessione, quae nulla est ma-
ior probatio et [illegible] de confessione. nam si
eamque plenissimam probationem operabatur text. [illegible]
[illegible] conn. 26. vol. 4.

Nam certum est, quod sequuta, si quae fuit, capitularis ac-
quiescentia, non potest considerari pro vera, et forma-
li renunciatione; et quamvis etiam pro tali posset con-
siderari, nihil operata fuisset in praeiudicium Eccle-
siae Civitatensis; etsi enim doctores argum. [illegible] cum
acceptasset de constitut. et cap. [illegible] de praebend.
affirment [illegible] praelatum cum capitulo
civitatem, vel conventum posse renunciare privilegiis
sibi concessis cum quilibet suo iuri renunciare possit,
et nemo cogatur uti beneficio argumento l. invito
ff. de Regul. [illegible]

Haec tamen doctrina procedit duntaxat respectu pri-
vilegiorum aliorumque iurium, quae Ecclesiae Civitati
et conventui respective non sunt utilia, vel altem
sunt indifferentia, non vero etiam procedit respec-
tu eorum quae sunt utilia, et dominifica quia ta-
lis renunciatio cederet in praeiudicium, et damnum
aliorum: [illegible] est quod privilegio Ecclesiae nemo
potest renunciare, argu. cap. contingit et l. de
sentent. excomunic. et notat Fagnan. in cap. inter
alia de immunit. Ecclesiast. num. 88.

[illegible]

Immo generatim loquendo non potest Praelatus, Capitulum,
292 vel Conventus renuntiare juri acquisito per Privilegium
Statutum, vel consuetudinem, si tale jus Ecclesiae sit uti-
le ac honorificum adeo ut vel unus solus aliis de
Capitulo contradicere possit, ac renuntiationem impe-
dire. Ita Lajman lib. 1. tract. 4. cap. ... num. 10.
Pirhing. de Privilegijs § 174. post Innocent. ...
Non aliter igitur valet facta jurium Ecclesiae renun-
tiatio, quam si fuerit Apostolico firmata beneplacito,
et ideo Patriarcha Franciscus Barbarus solicitus fu-
it, ut per Bullam Clementis VIII. approbaretur Con-
cordia, quam anno 1595. die 20. Julij inivit cum
Capitulo Civitatensi, velut verens, ne aliter rueret
vel elidi posset nulla ob praejudicium, quod per ipsam
fuit illatum juribus ejusdem Capituli.
Longe minus dici potest, quod ex praefata acquiescen-
tia, et sequutis inde actibus contrarijs inferri va-
leat confessio aliqua destitutionis facultatis Capitu-
laris de qua agitur: non enim pro parte Capi-
tuli fuit unquam tale quid actum, quod posset aequi-
valere alicui verae confessioni, seu extrajudiciali seu
judiciali, quae foret directe contraria ejus juribus;
siquidem quod egit, provenit dumtaxat ex inadverten-
tia proprij juris, et ex nimia promptitudine obe-
diendi mandatis Eminentissimi Patriarchae, qui
facile fuit sua auctoritate inducere Capitulum
ad credendum quod facultas exercendi praefatos actus
dependeat a potestate ordinis Episcopalis, et ideo perti-
neat ad Patriarcham privative ad ipsum Capitulum: Ab
eodem tamen Capitulo cavendum est, ne ob non usum

suorum

suorum jurium grave, ac irreparabile patiatur praejudicium, quod contingeret in casu praescriptionis, cum publicae utilitatis causa, atque ad evitandas lites, et ne jura, ac dominia rerum diutius maneant in incerto, receptum sit, ut propter negligentiam Praelati curat contra Ecclesiam praescriptio quadraginta annorum arg. cap. de quarta, et cap. ad aures de praescript. et cap. accedentibus, de privileg.

Hic quasi loco Corollarij potest adjici, quod, quamvis pro Capitulo Poitorenti stet Regula, quod ad ipsum privative ad Patriarcham pertineat exercere in toto districtu Ecclesiarum eidem pleno jure unitarum, et subjectarum Jurisdictionem Ordinariam, et quasi Episcopalem, inde tamen non sequatur, quod in dicto Districtu sint duo Capita videlicet Patriarcha ipsumque Capitulum, quod esset monstruosum, ut ostendit Abbas in cit. cap. Cum contingat num. 16. nam ipsemet Abbas ibidem num. 19. suam doctrinam prosequitur hisce formalibus =

C. 94. "Quod si inferior vult quaerere Jurisdictionem separatum ab Episcopo, ita ut faciat caput in eadem Civitate

" seu Dioecesi, non est possibile; si autem vult quaerere

" suo Episcopo, ut Episcopus habeat universalem Ju-

" risdictionem saltem habitu, et iste Praelatus inferior

" habeat quasi sub eo, licet Exercitio Excludat Epi-

" scopum, et hoc est possibile, sicuti contingit in exemptis et hoc mihi placet

" Ac dein immediate prosequitur sic = Et si diceres quem

C. 95. effectum operabit iste habitus Jurisdictionis, qui reservatur Episcopo? dico quod multum; primo quod

unam

" unum caput recognoscitur principaliter in eadem
" Diocesi; Secundo, quia ratione hujusmodi Jurisdictionis
" universalis, poterit Episcopus Jurisdictionem exer-
" cere, lata negligentia inferioris Prelati; ad hoc ad
" duco textum optimum in cap. irrefragabili §. ex
" cessus de off. Ordinarij, facit argum. in cap. Core
" num supra, et in praealegato §. excessus, item po-
" test ab ipso inferiore appellari ad ipsum Episcopum,
" argum. in cap. Romana de appellat. in 6., faciunt
" ad praedicta not. per Innoc. in cap. Cum satis de
" offic. Archidiac. et hoc nota, et sufficit quo ad pri
" mum.
100 Consonat dicta sententia Abbatis illa Butrij cit. cap.
" cum contingat num. 7. ibi = In dubio tamen
" licet detur in parte Diocesis Episcopalis Jurisdictio, 298
" vel quasi, non videtur separatum territorium,
" ut puto exemplum in Abbate Burgensi, super
" cujus facto jam consului; si vult quaerere quasi sub
" Episcopo, ut habeat Episcopus universalem saltem
" habitu Jurisdictionem, et Praelatus sub eo, ita quod
" locus sit concursui in Jurisdictionis exercitio, vel
" dissonente consuetudine, vel Privilegio, ut excludatur
" a Jurisdictionis exercitio, non ab habitu Episcopus,
" et hoc est possibile, ut videmus quandoque in exemplis =
Ibidemque paulo post refert doctrinam Joannis Monach. di-
" cens = Annuit de consuetudine antiquas inferiorem
" Episcopo posse habere in certo territorio cognitionem
" causarum, excluso Episcopo Et hoc confirmatur ex
" consil. 2. Calderini de praescriptionibus ubi plures
actus

„ actus penes Prelatum inferiorem admittit posse acquiri, sed
„ sub habituali Episcopi Diocesani Jurisdictione; hoc enim
„ casu nulla considerari potest monstruositas, ut duo sint
„ capita in eadem Diocesi, sed unico capite remanente
„ Episcopo penes quem remanet habitualis, ac territoria
„ lis Jurisdictio, et Prelatus inferior exercet Jurisdictio
„ nem in aliquibus actibus, vel in omnibus legiti
„ mo titulo Privilegij Apostolici, vel praescriptionis ac
„ quisita iuxta cujusque actus naturam, vel prohibi
„ tionem specialem, ne acquirantur, nisi Privilegio, vel
„ speciali praescriptione, ut supra notavi in singulis ac
„ tibus, dictamque Jurisdictionem exercet sub Episcopo, ac
„ Vicario quodammodo ejusdem.

Et ultra citatos Abbatem, Butrium, ac Calderinum, idipsum
295 tradunt Joannes Andreas cap. Cum Venerabilis num. 7.
de censibus, ubi Panormitanus num. 5. cit. cap. quo
niam, de Offic. Ordinarij, Gratianus Discept. 212. num
18.; firmatque Rot. Decis. 514. num. 12. pars 2. Divers.
„ ibi = Non enim potest praescribi Jurisdictio pri
„ vative ab Episcopo, ita ut non remaneat penes ip
„ sum habitus, licet actus sit penes inferiorem, quo
„ fit, ut eo negligente redeat actus penes Episco
„ pum =: et ideo eadem Rota admittit praescriptionem
omnium actuum sub Episcopo Decis. 55. cit. post Tom.
Dur. repetit. Decis. 224. num. 12. pars 1. Recent.; et
in Spoletina seu Fulginaten. Jurisdictionis 27. Aprilis 1705.
§. 12. coram Molines, et prima Junij 1708. §. 14. co
ram Ansaldo, et luculentius in Bergom. Jurisdictionis

Super

super commissione curæ confirmat 26 Julij 1715. coram Crispo; quod tamen non procedit in quibusdam actibus ex dispositione Sacri Concil. Trid. vel constitutionum Apostolicarum eos prohibentium Prælatis inferioribus, ut supra dictum est.

Expositis, et per documenta, quæ ad exhibendum sunt prompta, probatis ijs, quæ concernunt potestatem Ordinariæ, et quasi Episcopalis Jurisdictionis Capituli Civitatensis; ac etiam recensitis casibus, in quibus Patriarcha Aquilejensis tanquam Diœcesanus, potest in Districtu ejusdem Capituli exercere actus Jurisdictionales, vel cumulativè, vel privativè ad ipsum Capitulum, vigore quorundam Decretorum Concilij Tridentini, seu nonnullarum Constitutionum Apostolicarum, et Declarationum Sacrarum Congregationum, aut Concordiarum, et quorumcumque aliorum legitimorum titulorum limitantium regulam stantem pro Capitulo; deveniendum est tandem ad plenius exponendam priorem stabilitæ regulæ partem, quæ respicit exercitium actuum dependentium a Potestate Ordinis Episcopalis.

In ea tanquam certum fuit propositum, quod ad Patriarcham omninò privativè ad Capitulum Civitatense, pertineat exercere in toto Districtu Ordinariæ, et quasi Episcopalis Jurisdictionis Capitularis, omnes ac singulos actus, tam verè dependentes a Potestate Ordinis Episcopalis, quam quomodocumque ad eandem Potestatem referibiles, etiam ex sola lauda-

bili

bili catolicæ Ecclesiæ destinatione; nisi quoad aliquos vel omnes eos posteriores actus, extet, vel præsumi pos-sit extare Privilegium Apostolicum favore Capituli

Ex informationibus pro parte Capituli habitis resultat
301 quod ejus Archidiaconi, etsi nunquam se ingesserint quoad exercendos illos actus dependentes a potestate Ordinis Episcopalis, qui accensentur tertia ex præmissis quatuor Classibus, et longe minus quoad exercendos illos, qui sunt secundæ, ac primæ Classis; tamen à pluribus sæculis usque ad hæc novissima tempora exercuerint actus quartæ Classis; hoc ipso enim quod Canonici de Gremio erant in Archidiaconos a Capitulo electi, mandata sibi ab eo Jurisdictione fungebantur, Ecclesiarumque Visitationes peragebant, et tam occasione earundem Visitationum, quam extra, benedicebant ipsarum Ecclesiarum Sacramenta Sacerdotalia, Altariumque Mappas, et alias dictæ quartæ Classis benedictiones faciebant; quin unquam petierint, aut oretenus vel scripto tenus sibi habuerint a Patriarcha vigore Indulti Apostolici communicatam facultatem peragendi hujusmodi benedictiones.

302 Loquendo de temporibus ante Concilium Tridentinum constat ex prælaudata sententia Rotali coram Droppeno, Visitationem pertinuisse ad Capitulum privative ad Patriarcham; ideoque Archidiaconi Capitulares ipsam Visitationem una cum concurrentibus præfatis benedictionibus quartæ Classis peragebant, absque

eo

eo quod unquam se sisterent coram Patriarcham, vel ab ipso peterent, aut haberent vel minimam approbationem, seu facultatem respectu dictæ visitationis, vel benedictionum.

Post ipsum Concilium verò, incipiendo ab anno 1585.
303. quo emanavit declaratio sacræ Congregationis ejusdem Concilij, ut Visitatores a Capitulo deputandi, coherenter ad Decretum cap. 3. sess. 24., prius a Patriarcha approbentur, eidemque postea Visitationis factæ infra mensem ratio reddatur; verum quidem est, Archidiaconos Capituli se præsentasse coram Patriarcha pro obtinenda ejusmodi approbatione, et hanc per Patriarcham fuisse identidem impertitam Archidiaconis; hujusmodi tamen approbatio non aliam fuit unquam operata effectum, quam eum duntaxat, qui tendebat ad executionem finis, ob quem latum fuerat dictum Decretum.

Sicut enim lex innovans non egreditur termi-
304 nos legis innovatæ, nec jus novum inducit cap. cum dilecta, et ibi Glos. 1. de Confirmat. utili, vel inutili cap. ex parte il terzo, et ibi Glos. final. infra eod. cap. 1. in principio de præbend. in 6. Glos. in cap. quia diversitatem in verb. forma communi eod. tit.; Ita lex nova qualis fuit illa præfati Decreti Conciliaris, non alium produxit effectum, quam intentum ab eodem Decreto, qui fuit ut ad magis consulendum

Spiri

spirituali bono, quod principaliter intenditur per Visitationem, Episcopi cognoscerent de idoneita=
te inferiorum Visitatorum, eosque, si idoneos invenerint, approbarent, studens Concilium etiam quo ad hoc punctum reducere Episcopa=
lem Dignitatem ad primaevum splendorem.

305 Cum autem a verbis legis recedendum non sit, nisi ipsa lex a casu, de quo loquitur, trahi, et extendi pos=
sit ad alium casum, nisi manifestum sit aliud sensisse legislatorem ut arg. l. 1. ff. de exercita=
toria actione; cap. Porro, de Privilegijs, et cap. Ad audientiam de decimis, tradunt Rot. lib. 2. Consil.
97. n. 1. Bartol. in l. 4. §. Praetor ait, ff. de dam=
no infecto, alijque; sequitur, quod dicta Patri=
archalis approbatio super nulla alia re cadat quam super idoneitate Archidiaconorum Capi=
tularium quoad simplicem effectum Visitatio=
nis Ecclesiarum Capitulo subjectarum; quia extendi possit ad ullum alium effectum.

306 Unde non solum infertur, quod dicta per Pa=
triarchas post Concilium interposita Archi=
diaconorum approbatio, nequeat intelligi in vim facultatis ipsis Archidiaconis com=
municatae de faciendis benedictionibus per

te

quarta Classis; sed etiam infertur, quod, licet
iidem Archidiaconi nequeant licitè visitare
dictas Ecclesias, nisi prius fuerint à Patriar-
cha approbati; tamen sine hujuscemodi ap-
probatione valeant legitimè, ac validè exer-
cere omnes, et singulos alios actus Jurisdic-
tionis Capitularis eisdem demandatae; ideoq.
si nulla per ipsos Archidiaconos esset facienda
Ecclesiarum Visitatio, nulla opus haberent Pa-
triarchali approbatione; quia ea necessaria
non est, nisi relatè ad actum Visitationis.
Cum itaque dicti Archidiaconi tam ante Conci-
307 lium Tridentinum, et quidem à tempore im-
memorabili, quam etiam post continuò, usq.
ab hinc paucis annis, praefatas benedictiones
peregerint absque ulla sibi à Patriarchis con-
cessa facultate; videtur id eos fecisse vigore
alicujus Privilegij, seu Indulti Apostolici
Capitulo concessi; non autem in vim ulli-
us praetensae praescriptionis, vel Consue-
tudinis; certum siquidem est, ut supra dic-
tum fuit, quod Episcopo inferiores faculta-
tem peragendi ejusmodi benedictiones ac-
quirere nequeant ulla praescriptione aut
Consue

consuetudine, etiam veristissima, seu certe
morit, vel talis, de cujus initio memoria
non extet; quia qui non potest possidere nul
lo tempore potest praescribere; cap. Causam
de praescript.; et cap. sine possessione de R.
J. in 6., et late tradit Fagnan. in Cap. Quan
to, num. 31. de Consuetud.

Hujusmodi Privilegium, seu Indultum Apostolicum,
308 si ex Archivio ejusdem Capituli nunc nequit
depromi ad exhibendum, est credibile, ipsum
mansisse consumptum in aliquo ex iteratis
incendiis, quibus idem Archivium infeliciter
conflagravit; non tamen conflagravit, sed ex
tat supra memorata Bulla Gregorii XIII. de
anno 1575. in qua inter caetera leguntur for
" malia = Ecclesiam praedictam (idest Ecclesiam
" B. M. V. Opidi Civitatis Austriae) in illis par
" tibus admodum Insignem, et a quamplurimis
" Romanis Pontificibus, et signanter a felicis re
" cordationis Gregorio Papa XI. praedecessore no
" stro honorificis Privilegiis decoratam =: extat
etiam toties memorata Bulla Pii II.; cujus
vigore Episcopus Tarvisinus, tanquam Dele
gatus Apostolicus, in forma specialissima

Con

confirmavit omnia jura Capituli, ejusque Con-
suetudines, inter quas profectò fuit etiam illa,
ut Archidiaconi ipsius Capituli prædictas be-
nedictiones peragerent. . . .

Sed quatenus nequidem extaret nunc dicta Confir-
309. matio Apostolica, seu nova expressa concessio, pro
ut fuit facta pro majori cautela, et pro sana-
toria cujuscumque defectus, seu illegitimita-
tis; adhuc tamen extaret, et extat sufficiens
fundamentum judicandi, quod dicti Archidia-
coni legitimam habeant facultatem peragen-
di antedictas benedictiones; quia, stante plu-
rium sæculorum, et verè immemorabili
consuetudine, seu usu peragendi dictas be-
nedictiones, jam satis est, ut præsumi possit
ac debeat speciale Privilegium Apostolicum,
ut in puncto præfatarum benedictionum
Cardinalis Petra ad Constit. Urbani IV. num.
» 24. tradit his verbis = Hæc consuetudo dici po-
» test potius signum concessionis a summo Pontifice su-
» per hoc Abbatibus factæ, quam quod per talem
» consuetudinem hujusmodi potestas tribui valeat,
» cum nullum sit expressum jus, in quo dicatur
» consuetudine acquiri, Sambucin. De jure Abbat.
» tom. 1. disput. 22. quæst. 1. num. 3. verb. Hæc
autem

" autem, et quatenus Consuetudo sit immemorabilis
" eo casu Privilegium praesumeretur speciale, eti-
" amsi adesset resistentia juris vehemens, ad tra-
